



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



8°

γ. 260.

B.S.





ARCHILOCHI
IAMBOGRAPHORUM PRINCIPIS
RELIQUIAE.

QUAS ACCURATIUS COLLEGIT
ADNOTATIONIBUS VIRO RUM DOCTORUM
SUISQUE ANIMADVERSIONIBUS
ILLUSTRAVIT
ET PRAEMISSA
DE VITA ET SCRIPTIS POETAE
COMMENTATIONE
NUNC SEORSUM EDIDIT
IGNATIUS LIEBEL
PROFESS. AESTHET. P. O. IN UNIV. VINDOB.

Editio secunda, retractata et novis quibusdam fragmentis
aucta.

VINDOBONAE.

EX TYPOGRAPH. IOH. BARTHOL. ZWECKII.

1818.

Neque quemquam alium, cuius operis primum auctor fuerit, in eo perfectissimum praeter Homerum et Archilochum reperiemus.

Vellei. Paterc. L. I. c. 5.



P R A E F A T I O.

Si ad excusandam hanc operam, quam in colligendis et illustrandis Archilochi reliquiis posui, aliam rationem adferre non possem, nisi exemplum magnorum virorum, qui fragmenta veterum auctorum collecta edidere, quorumque vestigia sequi, licet iis insistere mihi non sit concessum, honestum est: profecto sperarem fore, ut a iustis rerum aestimatoribus conatus hic meus aequi bonique consuleretur, neque mihi obiiceretur, me negotium parum probabile vel prorsus inutile suscepisse. Verum sunt et alia, quae hunc laborem suadere, ad eumque incitare possint. Nam ut omittam utilitatem, quae id genus collectionibus communis est, et de qua viri docti in praefationibus earum passim exposuerunt, illud Archilocho peculiare, eum et poetam sui generis principem et post Homerum maximum esse habitum; et cum reliquorum poetarum principum, Homeri, Pindari, Sophoclis, opera praecipua servata.

sint, Archilochi solius carmina omnino omnia iniuria temporis nobis crepta esse, et fragmenta eorum tantum ad nos pervenisse. Quem igitur veteres propter ingenii copiam et felicitatem maximi fecerunt, et summis laudibus extulerunt, eius carmina nobis intercuisse ut sane summopere dolendum est, ita et nobis tanto maius desiderium iniicere debent tam praestantis poetae, quoad eius fieri possit, noscendi, ac reliquiae ipsius eo gratiores nobis esse, quippe in quibus elegantiam vimque poeseos Archilochiae adhuc utcunque intueri licet. Certe quidem gaudendum est ex tanto divitiarum naufragio has saltem opes undique dissipatas potuisse colligi. Etenim bona litterarum fortuna contigit, ut, cum Archilochus tanti fieret ab antiquis eiusque carmina hinc diligenter legerentur et cognoscerentur, auctores etiam ex iis loca frequenter citarent, sententias exciperent, et suis scriptis tanquam ornamenta vel argumenta variae prudentiae insererent. Quo factum est, ut non paucae neque exiguae reliquiae eius carminum servarentur, sed maior varietas et numerus fragmentorum, quorum multa pluribus versibus constant, per omnes auctores quasi disiecti membra poetae supersint, quae collecta et digesta non integrum quidem corpus efficiunt, tamen speciem qualemcunque ingenii et solertiae poetae exhibent, in qua quod deest, copiosa veterum testimonia supplere, et nostro animo ideam informare possunt, qualis et quantus hic poeta fuerit. Accedit, quod ex his ipsis, quae veteres de Archilochō memorant, multum etiam luminis histo-

riae poeseos, praesertim quod ad metricam attinet, adfunditur, quoniam is inventor plurimorum generum metrorum et rhythmum fuit, immo omnis parens musicae ab antiquis dicitur *). Quare Cl. Harlesius in Biblioth. Graec. T. II. p. 110, dum de Archilocho agit, fragmenta huius poetae in primis digna esse pronunciat, quae diligentius colligantur; et viri litterati, Ruhnken. ad Vellei. Paterc. p. 20. et Huschke Miscellan. philolog. P. I. p. 24. Dissert. de fabul. Archilochi in nota, merito mirantur, cur nemo adhuc exstiterit, qui ea colligeret et accuratius tractaret.

His rationibus adductus me ad hanc spartam accinxim, in qua ornanda id mihi in primis curae fuit, ut quaecunque Archilochi carminum loca, vel veterum de eo testimonia per omnes auctores dispersa laterent, studiose conquirerem: et quo facilius etiam viri docti cognoscerent, quid collectum sit, colligendumve restet, non alienum esse putavi auctorum indicem, ex quibus haec fragmenta et testimonia petita sunt, adiungere, neque vereor, ne id mihi ostentationi tribuatur (a qua longissime absum), quasi immensa quadam lectione gloriari mihi propositum esset; sed ingenue fateor, bonam quidem partem eorum me pervolvisse; nam quis elegantioribus litteris deditus optimum quemque non legerit? in aliis vero, quorum accuratior cognitio ad rationem studiorum meorum non pertinebat, aut praeter exiguum quaestum inde redeuntem etiam ob inconditum

*) Comment. §. IX. e.

dicendi genus taedio plena erat, indices me consuluisse et inde excerpisse, quae in rem meam facerent. Non deerant quidem viri docti, qui colligendis Archilochi fragmentis iam operam aliquam navarunt; verum a nemine adhuc integra, nec seorsum in lucem emissa, sed maiora tantum, ac ne ea quidem omnia, minoribus praetermissis, collecta sunt, ita ut proventus variorum fragmentorum satis magnus adhuc superaret.

Universa igitur, quae ex auctoribus eruere potui, corrasit, et certum in ordinem digessi secundum varios carminum libros, quos veteres Archilochum scripsisse affirmant, ut adeo, quidquid senariorum occurreret, trimetris adenserem, etiamsi veteres aperte non dicerent, ex trimetris desumptos esse; simili modo tetrametros quoque, elegos et epodos ad sui generis metra retuli. Alia fragmenta, in quibus metrum vel non apparerat, vel audaciori tantum manu restitui poterat, ad incertos libros reieci, et ubi singulae tantum voces Archilochi usurpatae supererant, eas alphabetico ordine disposui, ut et sic *χρῆσις* Archilochia dignosci posset. Scio equidem fore, qui hunc ordinem fortasse vituperent, et dicant, sic versus ex. gr. ad trimetros referri posse, qui etiam in alio genere, ut in epodis, locum habere potuerint, quippe Archilochum varia metrorum coniunctione usum esse. Audio. Sed cum eadem metri ratio manifesto tamen potius huic ordini faveret, quam alii, res mihi tanti visa non est, ut ideo mutandum aut turbandum aliquid esse ducerem.

His ita dispositis meas adnotationes, et virorum doctorum, quorum opera passim in emendandis vel illustrandis fragmentis Archilochi versata est, vel integras vel, prout necessarium videbatur, in rem meam conversas, non tamen auctoris nomine praeterito, adieci. Principem vero locum in hoc eruditorum coetu, qui de Archilochi bene meriti sunt, facile doctiss. Iacobs occupat animadversionibus suis in Anthologiam, qui non modo solito suo acumine acrique iudicio primus in his multa vidit et emendavit, sed etiam non pauca loca in adnotationibus protulit, quae ceteri praetermiserunt. Unde Archilochum meum multa ei accepta referre, lubenter fateor, id quod honorifica eius nominis mentio plurimis in locis abunde testatur. Verum et multa occupata ab eo inveni, quae ante iam ipse inter legendum enotata habebam. Sunt enim haec publici iuris, et ex iisdem fontibus haurientes in eadem saepe incidere necesse est. Quare vir Clariss. non feret iniquo animo, si, quae nobis ex lectione auctorum erant communia, ut meis usus sum, neque iudicabit, me falcem in messem suam immisisse. Inveniet enim et multa alia loca, quae ipse non attigit, neque a me facile aut Graecum aut Latinum scriptorem praetermissum esse, in quo non scrutarer, an symbolam ad Archilochum meum conferre possit.

His fragmentis etiam versionem addendam censi, et quidem, si sententiam integram efficerent, et ad certum carminum librum referrentur, metricam eodem genere versus inclusam, quam partim ipse confeci, par-

tim ab aliis, dum praesto erat, mutuatus sum. Epigrammatum vero Anthologiae ad Archilochum spectantium, quae in fronte horum fragmentorum sunt, maximam partem oratione ligata iam complexus eram, antequam egregia versio Grotii a Boschio edita mihi in manus venit, ex qua duo, quae supererant mihi vertenda, tanquam lumina et ornatum reliquorum, desumta interposui.

His omnibus addidi tandem etiam illa, quae Archilocho falso vel dubie adscripta, vel adficta, vel supposito eius nomine vulgata sunt, ut nihil quidquam esset, quod in hac editione desideretur. Cetera autem, quae ad Archilochum, eius vitam, ingenium et scripta pertinent, in commentatione huic operi praemissa lector eruditus cum copiosis ad quemque locum veterum testimoniis inveniet, 1812.

I. L.

P R A E F A T I O

a d h a n c e d i t i o n e m .

In hac altera Archilochi editione res ipsa ostendet me non neglexisse monita virorum doctorum, quorum libros nancisci potui, et ut dies diem docet, etiam a me ipso observata sunt, quae in melius mutanda erant, alia omissa, quae abesse poterant, et addita nova quaedam fragmenta a doctis indicata, vel ex libris sumpta, qui mihi serius in manus venerunt. Editio Lipsiensis 1818 non nisi repetitio prioris est me insciente facta. Huic igitur insolentiae ut occurrerem, hancce curandam suscepi. Est quoque in animo his Archilochi reliquis fragmenta Simonidis Amorgini et Hipponactis, quos praeter Archilochum Aristophanes et Aristarchus in ordinem receperunt, adicere cum commentatione de vita et scriptis eorum et diatribe de Iambographis. Optandum mihi denique restat, ut viris eruditis hic meus conatus probetur.

Vindobonae. 1818.

Ign. Liebel.

**SUMMA EORUM, QUAE HOC OPERE
CONTINENTUR.**

	Pag.
E pigrammata veterum in Archilochum.	XI
Commentatio de vita et scriptis Archilochi.	3
Archilochi fragmenta Trimetrorum.	57
— — — Tetrametrorum.	110
— — — Elegiarum.	141
— — — Epodorum.	166
— — — Ephyunii in Herculem.	182
— — — Iobacchorum.	187
— — — Epigrammata.	189
Incertorum librorum fragmenta.	191
Singulae voces Archilocho usurpatae.	238
Loca quaedam vel incerta vel admodum corrupta vel falso Archilocho tributa aut illi adficta.	250
Pseudarchilochus sive Archilochi Liber de temporibus ab Annio Viterbiensi editus.	258
Epicrisis Fabricii.	260

EPIGRAMMATA

IN

ARCHILOCHUM.

I.

THEOCRITI.

Ἄρχιλοχον καὶ ᾤθη καὶ εἶσιδε τὸν πάλαι ποιητᾶν
Τὸν τῶν ἰάμβων, οὗ τὸ μυρῖον κλέος
Δειήλθε κῆπι νύκτα καὶ πρὸς ἄῶ. *)

Ἦ ῥά μιν αἱ Μοῖσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευ Ἀπόλλων.
Ὡς ἐμμελής τ' ἔγευτο κἀπιδέξιος
Ἐπεά τε ποιεῖν, πρὸς λύραν τ' αἰεῖδεν,

Consiste Archilochumque hic aspice principem poetam
Antiquum iambi, cuius ingens gloria
Ad vesperum pervenit atque ad ortum.
Is sane a Musis et Apolline Delio est amatus;
Tam suavis et tam carminis solers fuit
Pangendi et ad modos lyrae canendi.

*) Cod. Vat. ποτ' ἄῶ.

II.

MELEAGRI.

Anthol. L. III. p. 330. Anal. T. I. E. 119.

Δεξιτερὴν Ἄϊδαο Θεοῦ χέρα καὶ τὰ κελαινὰ
Ὅμνυμεν ἀρρήτου δέμνια Φερσεφόνης·
Παρθένοι ὡς ἔτυμον καὶ ὑπὸ χθονί· πολλὰ δ' ὁ πικρὸς
Αἰσχρὰ καθ' ἡμετέρης ἔφλυσε παρθευίης
Ἀρχίλοχος, ἐπέων δὲ καλὴν φάτιν οὐκ ἐπὶ καλὰ
Ἔργα, γυναικεῖον δ' ἔτραπεν εἰς πόλεμον·
Περίδες, τί κόρησιν ἐφ' ὕβρις ἤρας ἰάμβους
Ἐτράπετ' οὐχ ὁσίῳ φωτὶ χαριζόμεναι;

Iuramus Ditis dextram nigrumque nefandae
Persephones, nos haec dicere vera, torum:
Castae migrantes et ad orcum mansimus, in nos
Archilocho quamvis multa vomente probra.
At vero is pulchra fama male carminis usus
Virgineis movit barbara bella choris.
Cur in eos saevis faciles armastis iambis,
Musae, haud curantem fasque nefasque virum?

III.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΛΥΚΑΜΒΙΑΔΑΣ.

Anthol. L. III. p. 330. Anal. T. I. p. 493. Ep. 53. Quae in Anthologia duo epigrammata sunt, auctoritate Cod. Vat. in Analectis coniuncta in unum recte exhibentur.

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὄρκιον, αἴθε Λυκάμβειω,
Ἄλ' λάχομεν συγερὴν κληδῶνα, θυγατέρες,
Οὔτε τι παρθευίην ἠσχίναμεν, οὔτε τοκῆας,
Οὔτε Πάρου νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν.

Ἄλλὰ καθ' ἡμετέρης γευεῖς ριγηλὸν ὄνειδος
Φήμην τε συγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος.
Ἀρχίλοχον, μὰ θεοῦς καὶ δαίμονας, οὔτ' ἐν ἀγυιαῖς
Εἶδομεν, οὔθ' Ἥρης ἐν μεγάλῳ τεμένει.
Εἰ δ' ἡμεν μάχλοι καὶ ἀτάσθαλοι, οὐκ ἂν ἐκεῖνος
Ἦθελεν ἐξ ἡμέων γνήσια τέκνα τεκεῖν.

Non nos, iurandos per manes perque verendos,
Nomen sortitae turpe Lycambiades,
Virgineos mores non dedecoravimus unquam,
Nec Paron excelsam, quam mare cingit aquis.
Archilochus sed enim horrendae convicia linguae
In nostrum vomuit diraque probra genus.
Nec, per daemonas atque deos, Iunonis in aede
Nec plateis unquam vidimus Archilochum.
At si vita procax nobis atque improba, nollet
Ex nobis sobolem gignere legitimam.

IV.

ANTIPATRI THESSALI.

Anthol. L. II. p. 252. Anal. T. II. p. 120. Epigr. 45.

Φεύγεθ', ὅσοι λόκκας ἢ λοφνίδας ἢ καμασήνας
Ἄιδετε, ποιητῶν φύλον ἀκανθολόγων,
Οἷ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένου ἀσκήσαντες,
Κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ.
Σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἡμᾶρ Ὀμήρου
Σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεται ὕδροπάτας.

Este procul calvae, taedas, piscesve canentes
Vates, qui nugas difficiles legitis,
Et quos contorto versantes ordine verba
Ieiunos tenui fons sacer explet aqua.
Archilochus fortique hodie libamus Homero;
Crater potores non hic aquae recipit.

V.

CN. LENTULI GAETULICI.

Anthol. L. III. p. 391. Anal. T. II. p. 167. Ep. 6.
Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτε πικρῆν
Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χάλῳ,
Αἰμάξας Ἐλικῶνα τὸν ἡμέρον. Οἶδε Λυκάμβης
Μυρόμενος τρισσῶν ἄμματα θυγατέρων.
Ἡρέμα δὴ παράμειψον, ὀδοιπόρε, μήποτε τοῦδε
Κανήσης τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους.

Ex interpretatione Grotii.

Archilochum tegit haec pars litoris: ille Camoenas
Vipereo coepit tingere felle truces,
Sanguine adhuc placidum turbans Helicon. Lycamben
Tres natas perimens nodus id edocuit.
Quisquis es, hac tacito transi pede, busta sedentes
Ista super vespas ne tibi commoveas.

VI.

HADRIANI CAESARIS.

Anthol. L. II. p. 253. Anal. T. II. p. 286.
Ἀρχιλόχου τόδε σῆμα, τὸν ἐς λυσσαῦντας ἰάμβους
Ἦγάς Μαιονίδῃ Μοῦσα χαριζομένη.

En tumulum Archilochi, rabidos quem Musa in iambos
Misit, Maeonidae gratificata suo.

VII.

IULIANI AEGYPTII.

Anthol. L. III. p. 93. Anal. T. II. p. 507.

Κέρβερε δειμαλήην ὑλακὴν νεκίεσσιν ἰάλλων,
Ἦδὴ φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν.
Ἄρχιλοχος τέθνηκε· φυλάσσεο θυμὸν ἰάμβων
Δριμὺν πικροχόλου τικτόμενον σώματος.
Οἶσθα βοῆς κείνοιο μέγα σθένος, εὔτε Λυκάμβεω
Νηῦς μία σοι δισσαὶς ἤγαγε θυγατέρας.

Interpretatio Grotii.

Cerberus, qui saevis terras latratibus umbras,
Umbram nunc saevam non minus ipse time.
Occidit Archilochus; penetrabile virus iambi,
Ex iracundo quod fluit ore, cave.
Quam sit atrox clamare, datum tibi scire, Lycambae
Cymba tibi natas cum tulit una duas.

VIII.

EIUSDEM.

Anal. et Anthol. l. c.

Νῦν πλέον ἢ τὸ πάροιθε πύλας κρατεροῦ βερέθρου
Ὅμμασιν ἀγρύπνοις τρισσὲ φύλασσε κύου.
Εἰ γὰρ φέγγος ἔλειπον ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων
Ἄγριον Ἀρχιλόχου φθέγμα Λυκαμβιάδες·
Πῶς οὐκ ἂν προλίποι σκοτίων πυλεῶνας ἐναύλων
Νεκρὸς ἅπας, φεύγων τάρβος ἐπεσβολῆς;

Nunc magis atque prius portas servato minacis
Insomnis barathri triplice fauce canis.
Archilochi nam si dirum fugere relicta
Carmen iambeum luce Lycambiades:
Limina qui manes non et tenebrosa relinquunt,
Terribilis fugiant ut maledicta viri?

IX.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Anal. T. III. p. 257. Epigr. 503.

Ἀρχιλόχου τάδε μέτρα καὶ ἡχήμεντες ἱάμβοι,
Θυμοῦ καὶ φοβερῆς ἰὸς ἐπεσβολέης.

Archilochi versus et iambos ecce sonoros,
Viperei plenos fellis et opprobrii.

X.

ΜΕΛΕΑΓΡΙ.


In dedicatione Anthol. ad Dioclem v. 37.

Ἐν δὲ καὶ ἐκ φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκανθές,
Ἀρχιλόχου σμικρὰς σράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ. *)

Oceano paucae quasi guttae ex Archilochio
Adiectus flos est hispidus hippophais.

*) Cf. Hemsterh. ad Plut. p. 297 not. 68.

COMMENTATIO
DE
VITA ET SCRIPTIS
ARCHILOCHI.



COMMENTATIO DE VITA ET SCRIPTIS
ARCHILOCHI.

§. I.

Archilochus, poeta lyricus, a) iambographus, b) ex insula Paro, una Cycladum, oriundus. c) Hinc a Luciano Πάριος τὸ γένος, d) et ab aliis auctoribus ὁ Πάριος Ποιητής, aut iamβοποιὸς ὁ Πάριος dicitur, e) eiusque iambi Parii ab Horatio vocantur. f) A vero igitur aberrat Mancinellus, qui ad Horat. Epod. IV. v. 13. eum Lacedaemonium fuisse scribit. Proavus Archilochi Tellis fuit, ut Pausanias memorat. g) Sevini coniectura est h) ex eodem Pausaniae loco, vix aliud genus inter Parios fuisse nobilius genere Archilochi, ac Tellin cum Cleoboea in Thasum, ubi ea Cereris mysteria instituit, profectum esse. Patri Archilochi Telesicles nomen fuit, ut patet ex oraculo, quod ei de futura filii gloria datum est. i) Quare ex loco Stephani Byzant. κ' Pinedo et Potterus l) Telesiclem non recte Archilochi filium perhibent. Mater eius Enipo serva fuit, ut ipse memoriae prodidit. m)

a) Dio med. L. III. p. 480. Κοινοῦ vel communis poematis prima est heroica, ut est Iliados et Aeneidos; secunda lyrica, ut est Archilochi et Horatii. Nicephor. in scholiis ad Synes. de Insomn. p. 427. Ὁ Ἀρχίλοχος οὗτος ἀρχαῖος ἦν λυρικός ποιητής, ὃς οὐ μόνον πρὸς λύραν ἤδεν, ἀλλὰ καὶ ἐν μέτρῳ ἠρωϊκῷ τὰ καθ' αὐτὸν ἔγραφε. Item Iulius Firm. L. IV. Astron. p. 173. vid. infr. C. VIII. §. n. 2).

b) **Galenus T. IV. p. 36. dum inscitiam et absurdam iaculationem Thessali medici exagitat: Τίνος Ὀμήρου νῦν εὐπορήσομεν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τὴν Θεσσαλίαν ὑμνήσοντος νίκην; ἢ τίνος μελοποιῶ κατὰ Πίνδαρον ἄσοντος ὑψηλῶς ἐν διθυράμβοις, ὡς πάλαί τὸν Διόνυσον, οὕτω νῦν τὸν Θεσσαλον; ἢ τούτων μὲν οὐδενὸς χρεΐζομεν, Ἀρχιλόχου δὲ τίνος ἢ Ἰππώνακτος ἰάμβους γραφόντων. Diomed. L. III. p. 482. Appellatum est (carmen iambicum) παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est maledicere, cuius carminis praecipui scriptores apud Graecos Archilochus et Hipponax. Tzetz. in Proleg. ad Lycophr. Ἀριπρεπεῖς δὲ ἰαμβογράφοι τρεῖς Ἀνανίας, Ἀρχιλόχος, Ἰππώναξ. et in exegesi in Iliad. p. 150. edit. Herm.**

c) **Strab. L. X. p. 487. μετὰ δὲ ταύτην Νάξος καὶ Ἄνδρος ἀξιόλογοι καὶ Πάρος ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχιλόχος ὁ ποιητής.**

d) **Lucian. Pseudol. T. III. p. 162. fragm. 125.**

e) **Athenae. L. I. p. 7. F. fragm. 126. — Origen. contra Cels. L. II. C. 201. p. 407. fragm. 89.**

f) **Horat. L. I. Ep. 19. v. 23. Parios ego primus iam-bos Ostendi Latino. —**

g) **Pausanias p. 344, 36. Ἐπὶ τοῦτο οὖν καὶ Πολύγνωτος γέροντα ἔγραψε ἤδη τῇ ἡλικίᾳ τὸν Χάρωνα. οἱ δὲ ἐπιβεσηκότες τῆς νεῶς οὐκ ἐπιφανεῖς εἰς ἅπαν εἰσὶν; οἷς προσήκουσι. Τέλλης μὲν ἡλικίαν ἐφήθου γεγονώς, φαίης ἄν, Κλεοβοῖα δὲ ἔτι παρθένος, ἔχει δὲ ἐν γόνασι κισσῶτον, ὁποίας ποιεῖσθαι νομίζουσι Διμήτηρι. Ἐς μὲν δὲ τὸν Τέλλιν τοσαῦτον ἤκουσα, ὡς ὁ μὲν ποιητῆς Ἀρχιλόχος ἀπόγονος εἶη τρίτος Τέλλιδος. Κλεοβοῖαν δὲ εἰς Θάσον τὰ ὄργια τῆς Διμήτρος ἐνεγκεῖν πρώτην ἐκ Πάρου φασίν.**

h) **Sevin. T. X. p. 20. Commentar. Acad. Inscript. Paris.**

i) **Eusebius Praeparat. evangel. L. V. C. 53. p. 227. ex Genomao:**

Ἐθάνατός σοι παῖς καὶ αἰεδῖμος, ὦ Τελέσικλες,

ἔσοσπ' ἐν ἀνθρώποις. —

ὁ δὲ παῖς τῆν Ἀρχιλόχος.

k) **Stephan. Byzant. v. Θάσος. vid. §. II. a.**

l) **Pinedo ad l. c. not. 10. p. 301. Potterus ad Clement. Alexand. L. I. p. 367, 15. n. 2, verum in loco Stephani Byz.**

vel vox Πατρὶ excidit vel etiam intelligitur. nam et hanc vocem interdum omitti exempla docent. v. g. Κλεινίας ὁ τοῦ Ἀλκιβιάδου. i. e. Πατῆρ. Vid. Lexic. Apollon. Soph. a Villoisonio editum in Prolegom. p. IV.

m) Aelian. V. II. L. X. c. 13. Αἰτιάται Κριτίας Ἀρχιλόχον, ὅτι κάκις αὐτὸν εἶπεν. Εἰ γὰρ μὴ, φησὶν, ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν ὑπὲρ αὐτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐκυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιπιδὸς υἱὸς ἦν τῆς δούλης, οὔθ' ὅτι καταλιπὼν Πάρον διὰ πεινίαν καὶ ἀπορίαν ἦλθεν εἰς Θάσον, οὔθ' ὅτι ἐλθὼν τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς ἐγένετο· οὔτε μὲν ὅτι ὁμοίως τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ἔλεγεν.

§. II.

Constat Archilochum iam eo tempore vixisse, quo ex oraculo eius patri dato Thasus, colonia deducta, a Pariis condita est. Ipse enim eo emigravit, vel etiam, ut Eusebius inquit, huic deductioni praefuit. a) Immo colligere ex loco Eusebii possis, cum nomen Aeriae, quo Thasum obscure, more suo, oraculum indicabat, forte iam antiquatum, neque notum Pariis, aut pluribus locis commune, ideoque dubium esset, b) quem locum oraculum designaret: Archilochum vel aperuisse Pariis, Aeriam esse Thasum insulam, vel id in quodam carmine iam antea commemorasse, et ideo fortasse in admiratione habitum, etsi adolescentem, huic deductioni esse praefectum. Thasus c) autem condita est a Pariis, d) ut Dionysius tradidit, Olymp. XV. vel etiam XVIII. ut Xanthus Lydus, quem Dionys. Halicarn. auctorem antiquitatum imprimis peritum vocat. e) Quare si ponas, Archilochum, quo tempore in Thasum emigrabat, adolescentem saltem viginti et aliquot annos habuisse, apparet eum iam fuisse Romulo regnante, ut Cicero asserit, f) huiusque aetate natum esse, cum Romu-

li mors in Olymp. XV. vel iuxta alios XVI. incidērūt. Laude verō poeseos inclaruisse videtur praecipue post Olymp. XX. g) et tandem ad Olymp. XXIII. , ad quam plurimī auctores eum referunt, et quo tempore Gyges in Lydia regnabat, carminum gloria iam fuisse florentissimum. h) Hanc aetatem florentis eius famae etiam spectat Cornel. Nepotis sententia, qua Archilochus ad tempus Tull. Hostilii, qui Olymp. XXVI. regnare coepit, refertur. i)

a. b) Euseb. Praeparat. evang. L. V. C. 33. p. 256. —

Ἄγγελον Παρίους, Τελεσίκλειες, ὡς σε κελεύω,

Νήσω ἐν Ἡερῆη κτίζειν εὐδαίελον ἄςυ.

Ἀγγελῶ, νῆ Δία (φήσει τάχα πού τις τετυφωμένος, ἧ σε ἐλέγχων) κἄν μὴ κελεύσεις. κέπρωται γάρ. καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἡερῆη νῆσος. ἤξουσιν ἐπ' αὐτὴν Πάριοι, Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φάσκοντος, ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἡερῆα ἐκαλεῖτο. σὺ οὖν (δαιμόνιος γὰρ ἐπεξελεθῆν) οὐκ ἀνέξῃ, οἶμαι, αὐτοῦ οὕτως ὄντος ἀχαρίστου καὶ θρασέου, ὅς, εἰ μὴ σὺ μνηστῆσαι αὐτῷ ἐβουλήθης, οὐκ ἂν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ' ἂν Ἀρχιλόχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίου ἐξενάγησεν, οὐδ' ἂν οἱ Πάριοι Θάσον ἤκησαν. **Sephan. Byzant. v. Θάσος** ἔτι δὲ Ἀερία ἡ Θάσος, δηλῶν ἐκ τοῦ χρησιμοῦ τοῦ δοθέντος τῷ τοῦ Ἀρχιλόχου Ἄγγελον Παρίους, Τελεσίκλειες, vel Τελεσίκλειες, κ. τ. λ. ut apud Eusebium. Thasum autem primum Aeriam dictam esse, praeter alios auctores etiam Plinius adfirmat L. I. c. 12. Ab ea (Lemno) Thasus libera quinque M passuum, olim Aeria vel Aethria dicta.

b) Aul. Gellius L. XII. c. 6. Quod Boeotia ante appellata fuerit Aonia, quod Aegyptus Aeria dicta est, quod Creta eodem quoque nomine dicta est. Item Stephan. Byzant. v. Ἀερία. et Hesych. Ἀερία. Θάσον δὲ τὴν νῆσον καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Κρήτην, καὶ Σικελίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Κύπρον οὕτως ἐκάλουν.

c) Thasus primum habitata a barbaris, deinde a Phoenicibus, qui ex Asia cum Cadmo et Thaso venerant, a qua

etiam nomen sortita est. Id factum quinque aetatibus (γενεαῖς) ante Herculis aetatem auctores tradunt. Scymn. Chius T. II. p. 38. Geograph. minor.

Ἀπὸ δὲ Μακέσσης, Ἡμαθίας τε λεγομένης
Ἐξῆς Νεάπολις ἐστὶ καὶ νῆσος Θάσος,¹
Ἦν βάρβαροι τὸ πρότερον ᾤκουν, ὡς λόγος.
Ἐπειτα Φοίνικες μετὰ Κάδμου καὶ Θάσου
Ἐκ τῆς Ἀσίας διαβάντες, ἔλαβον δὴ Θάσον·
Ἀπὸ τοῦ Θάσου καὶ τοῦνομ' ὡς καὶ νῦν ἔχει.

Herodot. L. II. C. 44. Ἀπικόμην καὶ εἰς Θάσον, ἐν τῇ εὐρον ἐρὸν Ἡρακλέος ὑπὸ Φοινίκων ἰδρυμένον, οἱ κατ' Εὐρώπης ζήτησιν ἐκπλώσαντες Θάσον ἐκτίσαν. καὶ ταῦτα καὶ πέντε *) γενεῆσι ἀνδρῶν πρότερα ἐστὶ, ἢ τὴν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι. Has generationes vero sive aetates exponit Stphan. Byzanta. γ. Θάσος — νῆσος περὶ Θράκης· ἢ δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους καὶ Θάσος παλαιότερος, εἶπερ ἀπὸ Ἀγῆνορος Πραΐτος ἦν· Ἀγῆνορος δὲ Βῆλος ἀδελφὸς ἦν, Βῆλου δὲ Αἴγυπτος, οὗ Λυγκαῦς, οὗ Ἀλκαῖος, οὗ Ἀμφιτρύων, οὗ Ἡρακλῆς. Quare Scaliger ad Eusebii Chronicon p. 36. non recte asserit, Thasum a Phoenicibus decem aetatibus vel generationibus ante Herculem fuisse conditam. De Thaso vero, fratre Cadmi, vid. Conon. narrat. 37. Apollodor. L. III. C. I. §. 1. qui eum Neptuni filium facit.

d) Coloniam a Pariis in Thasum esse deductam auctores memorant, Herodotus L. II. C. 44. vid. supra. Thucyd. L. IV. C. 104. Ἐστὶ δὲ νῆσος (Θάσος) Παρίων ἀποικία, ἀπέχουσα τῆς Ἀμφιπόλεως ἡμίσεος ἡμέρης μάλιχα πλοῦν. Strabo L. X. p. 487. Ὑπὸ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος. item Eusebius, vide not. a.

e) Clemens Alexandr. Stromat. L. I. p. 397. Ξάνθος δὲ Λυδὸς φησὶ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς δὲ Διονύσιος, περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην Θάσον ἐκτίσθαι. De Xantho Lydo vid. G. Voss. de Historic. Graec. L. III. p. 358. Dionys. Halicarn. L. I. Antiqu. Roman. Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς ἐς ὀλίγας παλαιάς,

*) Buherii Sententia in Dissertat. Herodot. c. 11. p. 28. ὀκτὼ γενεῆσι reponentis, cui et Wesselingius accedit Herod. L. 11, 44. p. 25, celeris verior videtur. Hinç apud Stephan. Byzant. ἢ scribendum.

εἰ καί τις ἄλλος, ἔμπειρος. Dionysius vero, cuius Clemens meminit, videtur esse Chalcidensis, qui Κτίσις scripsit. vid. Vossium l. c. p. 358.

f) Cicero Qu aest. Tuscul. L. I. Homerus fuit et Hesiodus ante Roman conditam; Archilochus regnante Romulo. G. Vossius de Poet. Grae. C. 3. p. 14. et alias citat anonymi scriptoris graeci velut antiqui descriptionem sive ἀναγραφὴν τῶν Ὀλυμπιάδων. qui Archilochum iam ad Olymp. XV., 1. iam ad XVIII, 1 et XIX, 5 refert, quem tamen non esse audiendum censet. Verum tota haec descriptio non est veteris auctoris, sed a Scaligero concinnata, ut ipse variis locis ad Chronicon Eusebii innuit, et Ed. Corsinus in Dissertat. Agonist. p. 116. post Petavium et Fabricinm monet.

g) Clemens Alex. Stromat. p. 397. post verba §. II. d) allata, quibus ait Thasum vel XV. vel XVIII. Olymp. esse conditam, sic pergit: ὡς εἶναι συμφανές τὸν Ἀρχίλοχον μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἤδη γνωρίζεσθαι Ὀλυμπιάδα.

h) Herodot. L. I. C. 12. τοῦ (Γύγου) καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. vid. ad hunc locum, fragm. II. Tatianus πρὸς Ἑλληνας p. 109. Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἠκμασε περὶ Ὀυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν (ὑσερον) τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις. Haec ipsa habet Euseb. Praeparat. evangel. p. 492. ad verbum, nisi quod hic ὑσερον adsit, quod in Tatiano excidit. Cyrilus contra Julianum p. 12. Εἰκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι φασὶ γενέσθαι Ἀρχίλοχον, τὰ Ἰουδαίων κράτη διέποντος Μανασσῆ. Syncell. in Chronogr. p. 180. Καὶ ἕτεροι (φασὶ γεγονέναι Ὀμηρον) κατὰ Ἀρχίλοχον περὶ καὶ Ὀλυμπιάδα μετὰ ἔτη φ' που τῆς ἀλώσεως Τροίας. Item Proclus in Chrestomath. vid. §. VI. m.

i) Archilochum Nepos Cornelius tradit Tullo Hostilio Romae regnante iam tunc fuisse poematis clarum et nobilem. Aul. Gell. XVII. 21. vid. Staveren ad Cornel. Nepot. fragm. p. 713. not. 1.

§. III.

Archilochus iunior Terpandro . a) Clona , b) Callino , c) aequalis Simonidis Amorgini , d) antiquior Thaletta Creteni et Stesichoro perhibetur . e) Callini , Clonae et Thaletae aetas incerta est , Simonidis in Olymp. XX. incidit ; nam 490 annis post tempora Troiana vixisse scribitur ; f) Terpandri controversa est . Sunt enim , qui eum ad Midae usque tempora reiiciant , g) ut adeo eadem cum Orpheo aetate fuisset , a quo Midas , patrem Gordium regno excipiens , sacrorum solennibus initiatus est , ut Iustinus scribit . h) Alii Lycurgi aetate vixisse memorant , quem Iphiti aequalen auctores passim faciunt . i) Verum Clemens Alex. recte adnotat , Terpandrum a Graecis ad tempora nimis antiqua referri , k) et tantum abesse , ut Midae tempore vixerit , ut etiam ex Phaniae auctoritate Archilocho iunior fuerit . l) Athenaeus ex Sosibio tradit , Terpandrum primum in Carneis vicisse . eaque Olymp. XXVI. esse instituta . m) Eusebius eum prorsus ad Olymp. XXXIII, 2, adscribit , eique suffragatur Chronicon Parium Terpandri aetatem epocha XXXV. collocans , n) quae in annum ante C. N. 645. adeoque in Olymp. XXXIII. incidit , cui sententiae etiam accedit Salmasius Exercit. Plinian. p. 599. Neutonus praeterea in Chronographia o) ostendit , Lycurgum non aetate Iphiti , sed omnino Olymp. XVIII. et sequentibus floruisse , circa Olymp. XXIII. Homeri poemata in Graeciam importasse , deinde leges suas tulisse , quas Terpander versibus complexus est . Quod si haec rationi temporum , ut esse videntur , magis sunt consentanea , doct. Christ Wagner in Chronico Pario verso et illustrato ad XXXIV. ann. 418. et ante C. N. 682. quae cum Olymp. XXIV. congruit , recte pro Tyrtaeo Archi-

lochum substituere videtur, neque praetermissum esse iudicans, qui et poeta princeps et Parius fuit. p)

a) Plutarch. T. X. p. 654. de Musica: Καὶ τοῖς χρόνοις δὲ σφόδρα παλαιὸς ἐστὶν (ὁ Τέρπανδρος). πρεσβύτερον γοῦν αὐτὸν Ἀρχιλόχου ἀποφαίνει Γλαῦκος ὁ ἐξ Ἰταλίας ἐν συντάγματι τινὶ τῷ περὶ ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν. φησὶ γὰρ αὐτὸν δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοῖς πρώτοις ποιήσαντα αὐλωδῖαν, De Glaucō Rhegino vide Voss. de Historic. Graec. L. IV. p. 437.

b) Plutarch. ibid. p. 655. Κλονῆς δὲ ὁ τῶν αὐλωδικῶν νόμων ποιητῆς, ὁ ὀλίγω ἕξτερον Τερπάνδρου γενόμενος, ὡς μὲν Ἀρκάδες λέγουσι, Τεγεάτης ὡς δὲ Βριωτοὶ, Θηβαῖος ὡς μετὰ δὲ Τέρπανδρον καὶ Κλονῆν Ἀρχιλόχος παραδίδοται γενέσθαι.

c) Strabo L. IV. P. 647. Clem. Alexandr. Stromat. p. 397. vide fragm. 30.

d) Clem. Alex. Strom. p. 347. Σιμωνίδης μὲν οὖν κατὰ Ἀρχιλόχον φέρεται. De Simonide Amorgino, iambographo, hic sermonem esse apparet.

e) Plutarch. T. X. p. 660. de Musica: Καὶ περὶ Θαλήτα τοῦ Κρητῆς, εἰ παιάνων γηγένηται ποιητῆς, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ μετὰ Ἀρχιλόχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμηθῆσθαι μὲν αὐτὸν φησὶ τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ μακρότερον ἐκτείνειν καὶ Μάρωνα καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιίαν ἐνθεῖναι, οἷς Ἀρχιλόχον μὴ κεχρησθαι, ἀλλ' οὐδὲ Ὀρφέα, οὐδὲ Τέρπανδρον. Id. p. 657. Στησίχορος ὁ Ἰμεραῖος οὔτε Ὀρφέα οὔτε Τέρπανδρον, οὔτε Ἀρχιλόχον (mal. Ἀντιλόχον) οὔτε Θαλήτην ἐμιμήσατο, ἀλλ' Ὀλυμπον χρησάμενος τῷ ἀρματίῳ νόμῳ.

f) Suidas: Σιμωνίδης ὁ Κρινέω, Ἀμοργίνος, ἰαμβογράφος — γέγονε δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τετρακόσια καὶ ἐννεντήκοντα ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.

g) Clem. Alexandr. Stromat. p. 347. Ναὶ μὲν καὶ Τέρπανδρον ἀρχαίζουσι τινες. Ἑλλάνικος γοῦν τοῦτον ἰσορεῖ κατὰ Μίδα γεγονέναι.

h) Iustin. L. XI. C. VII.

i) Athenae. L. XIV. p. 635. Ἰερώνυμος δ' ἐν τῷ περὶ κίβη.

ρωδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον περὶ ποιητῶν, κατὰ Λυκοῦργον τὸν νομοθετήν τὸν Τέρπανδρὸν φησι γενέσθαι, ὃς ὑπὸ πάντων συμφώνως ἰσορεῖται, μετὰ τοῦ Ἰφίτου τοῦ Ἡλείου τὴν πρώτην ἀριθμηθεῖσαν τῶν Ὀλυμπίων θεῶν διαθεῖναι. Hieronymus Rhodius sine dubio is, de quo agit Voss. L. I. de Histor. p. 48.

k) Vide not. g.

l) Clem. Alexandr. Stromat. p. 347- post verba not. g. adlata sic pergit: Φανία; δὲ πρὸ Τεράνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον, Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον. Phanius Eresius, de quo Voss. l. c. p. 49. Lesches Lesbios auctor parvae Iliadis, claruit secundum Chronic. Euseb. Olymp. XXX, 4.

m) Athenae. L. XIV. p. 635. Τὰ Καρνεῖα πρῶτος πάντων Τέρπανδρος νικά, ὡς Ἑλλάνικος ἰσορεῖ ἐν τε τοῖς ἐμμέτροις Καρνεονίκαις, καὶ τοῖς καταλογάδην. Ἐγένετο δὲ ἡ θεῖσις τῶν Καρνείων κατὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὡς Σωσίβιός φησιν ἐν τῷ περὶ χρόνων. Sosibius, Lacon, qui dum de rebus patriis testatur, tanto magis fidem meretur. Vide quoque fragmenta Hellenici a doct. Sturzio edita in notis p. 84, 85, cuius sententiae tamen non accedo, neque aliam quam vulgarem receptamque Olympiadum rationem intelligendam esse arbitror.

n) Chronic. Parium Epoch. XXXV. p. 11. n. 49.

o) Neuton. in. Chronol. Graec. Cap. XI. XII.

p) Ohron. Par. p. 156. et seq. Cum characteres hic deleti essent, primique instauratores Tyrtaeum ibi posuissent, doct. Wagner sic potius supplendum esse censet:

αφ ου [Αρχιλοχ] ο [ς Τελεσεικλο] υ [ς ο ποιητης εφανη]
vel αφ ου [Αρχιλ] ο [χος τους ιαμβο] υ [ς εδιδαξε]

§. IV.

Verum Eusebius in Chronico alium auctorem secutus, et Syncellus, qui Eusebium exscripsit, contra id quod superiori loco asserunt, Archilochum, simulque Simonidem et Aristoxenum Olymp. XXIX. claruisse scribunt. a) Quae ut prioribus non dissentiant, ad extre-

num vitae tempus Archilochi forte referenda sint, qui, si a tempore deductae in Thasum coloniae, quo saltem adolescens fuerit, rationem ineas, Olympiadi XXIX. vix ac ne vix quidem supervixisse videtur. Observare etiam licet, in fragmentis eius plurimis nihil sane occurrere, quod ultra Olymp. XXVI. progrediatur. Syracusae ab Archia conditae Olymp. V. b) Magnetes ab Ephesiis vel Treribus deleti ante Olymp. XX. videntur. c) Gyges ad Olymp. XXVI. usque regnavit; d) ut adeo, si vitae finem circa Olymp, XXIX. statuimus ei contigisse, non multum a vero aberrare videamur. Ex Diphilo autem, qui in Comoedia Sappho inscripta Archilochum et Hippo- nactem amatores poëtriae in scenam induxit, e) de aetate poëtae prorsus nihil colligi potest aut debet, cum vel inscius, ut Vossius putat, f) vel etiam παιζων, ut Athenaeus censet, tempora neglexerit idque poëtae pu- tarit fas esse sic in comoedia ludere, Nescio quid Soli- nus h) sibi voluerit, qui, dum de iis, quae post mor- tem Archilochi acciderunt, loquitur, usque ad Curio- num tempora evagatur.

a) Euseb. in Chron. ad ann. 1354. Olymp. XXIX. 2. Archilochus et Simonides et Aristoxenus Musici illustres habentur. Et Syncell. ad eand. Olymp. p. 213. Ἀρχίλοχος ὁ καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἀριστόξενος μουσικοὶ ἐγνωρίζοντο. De Simonide Amorgino iterum sermonem esse manifestum est. Aristoxenus vera hic, ut Vossius monet, non est musicus ille, Aristotelis discipulus, minimum LXXX. Olymp. iunior, sed vetustus poëta Selinuntius, ipsi iam Epicharmo memoratus. Vid. Hephaest. p. 25. et schol. Aristophan. Πλούτ. v. 487. et ibi not. Hemsterh. p. 24. seq.

b) De conditis ab Archia Syracusis vid. fragm. 132.

c) Vid. fragm. 30.

d) Vid. fragm. 2.

e) Athenae. I. XIII. p. 599. Καὶ γὰρ Δίφιλος ἁ κωμωδία-

ποιός πεποήται ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐρασις Ἀρχίλοχον καὶ Ἴππώνακτα.

f) Vossius de Historic. Graec. p. 6. qui et Scaligeri sententiam in animadversionibus Eusebianis adfert, qua Archilochus ad tempora Darii Hystaspis filii refertur, qui demum imperare coepit Olymp. LXIV, 5. Vellem, inquit Vossius, huic sententiae suae rationem vel auctorem addidisset. Sed confundere Archilochum cum Hipponacte videtur, ejus aetas in Olymp. LX. et sequentes incidit

g) Athenae. loco antea cit.

h) Solin. C. VII. §. 136. Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt, sed hoc bonum hereditarium nunquam fuit, nisi in familia Curionum, *) in qua tres serie continua oratores fuerunt. Magnum hoc habitum est sane eo saeculo, quo praecipue facundiam et humana et divina mirata sunt, Quippe tunc percussores Archilochi poetae **) Apollo prodidit, et latronum facinus deo arguente detectum est.

*) Manifestum est, hoc toto coelo a ratione temporum aberrare. Curiones hi tres probabiliter illi sunt, de quibus Cicero in Bruto loquitur, quorum primus C. Curio fere eadem aetate cum M. Scauro, P. Rutilio, C. Graccho floruit, quem Cicero, licet in oratione eius quaedam vituperet, illustrem oratorem vocat. C. 29. Alter C. Curio propemodum aequalis C. Cottae et P. Sulpicii, C. 41 et 58, cui Cicero splendorem in verbis tribuit, arte vero eum caruisse ait, et actione fuisse ridicula et memoria fere nulla. C. 50. Tertius Curio, huius filius, adolescens, C. 79, qui ut Cicero inquit, magnam eloquentiae laudem consecuturus fuisset, si diutius vixisset. vid. etiam Salmas. in Exercit. Plinian. ad Solin. p. 38.

**) Vid. infra §. XVIII. not. f).

§. V.

Fortuna parum favente et benevola usus esse videtur Archilochus, a) in vita neglectus et pauper, et hinc fortasse tanto magis in iambos exasperatus. Propter paupertatem etiam Parum reliquit, et in Thasum emigravit. b) Verum et hic res ei non melius cessere; partim enim

odio civium agitated, quibus forsitan ob acerbitatem carminum invisus factus est; certe quidem propter maledicentiam multas eum calamitates pertulisse canit Pindarus: c) partim etiam malis, quae insulam hanc presserunt, afflictus esse videtur, de quibus eum graviter in carminibus suis conquestum esse apparet. d) Matrimonio sibi iuncturus erat Neobulen, filiam Lycambae, Doti cuiusdam filii, e) promissa sibi iam nuptiarum fide, sed violata deinde a Lycambe, suaque exspectatione frustratus f) carminibus iambicis et epodis in eum filiasque, quarum duae aut tres fuere, g) atrocissime saeviit, h) praeter alia convicians eas dehonestasse virginitatem, parentes ipsamque patriam, i) quas tamen Dioscorides in epigrammate se defendentes inducit. k) Neobulen inprimis probrosis nominibus proscidit, l) patremque ac filias eo tandem desperationis adegit, ut vitam suspensio finirent. m)

a) Iulian .p. 337. a. Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ χαρίεντα· τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μοιρῶν. Ἀλκαίῳ δ' οὐκέτι, οὐδ' Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν μουσαν ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἠδονὰς τρέψαι· μοχθεῖν γὰρ ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκάζομενοι, τῇ μουσικῇ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κρυφότερα ποιῶντες αὐτοῖς, ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου, τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ.

b) Synesius de Insomn, p. 156. Οὐτὲ γὰρ (Ἀρχιλόχος καὶ Ἀλκαῖος) κενεμβατοῦντες τοὺς λόγους ἐξήνεγκαν, ὥσπερ τὸ νέον τοῦτο τὸ σοφὸν γένος ἐπὶ συμπεπλασμέναις ταῖς ὑποθέσεσιν· οὐτε ἑτέροις κατεχαρίσαντο τὸ σφέτερον ἀγαθόν, ὥσπερ Ὀμηρος καὶ Στησίχορος; τὸ μὲν ἥρωϊκὸν φύλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέερον ἔθεσαν· καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς, αὐτοὶ δέ, τότε ἐφ' ἑαυτοῖς, ἡμελήθησαν, περὶ ὧν οὐδὲν ἔχομεν ἢ ὅτι ποιηταὶ δεξιοί. item Ael. L. X. C. 15. vid. §. I. m.

c) Pindar. Pyth. β. v. 100.

Ἐμὲ δὲ χρεῶν
 ψεύγειν δάκος ἀδινόν, κακηγορίαν
 εἶδον γάρ, ἑκάς ἑών, τὰ πόλιν
 λ' ἐν ἀμαχανία
 ψογερόν Ἀρχιλόχον, βαρυλό-
 γοις ἔχθεσι πλαινώμενον.

Ubi Schol. Εἶδον γάρ, φησὶ, ἐν ἀπορίᾳ βίου τὸν Ἀρχιλόχον καθῆσθαι τὰ δια τὴν λοιδορίαν, πάντων αὐτὸν ἀποσρεφομένων. Ovid. in Ib. Utque repertori nocuit pugnacis iambi,

Sic sit in exitium lingua proterva tuum.

d) Strabo p. 370, et 647. vid. fragm. 30. 32. 52.

Eustats p. 725 et 1542. item fr. 3, 9. 92.

e) Vid. not. f. Hesych. Δωτάδης. Δώτου υἱὸς ὁ Λυκάμηνος.

f) Origenes contra Cels. L. II. C. 201. Dio Chrysostom. Orat. 36. p. 641. B. vide fragm. 89.

g) Vid. Epigramm. Anthol. 2. 3. 4. 8.

h) Terentian. p. 2438. Victorin. L. II. p. 2552. vide fragm. 67 in notis et. §. IX. not. x.

i) Vid. Epigramm. Anthol. 2. 3.

k) Vid. l. c.

l) Vid. fragm. 5, 145, 149, 161. et alia. Eusebius Praeparatione evang. L. V. C. XXXIII. p. 228. ubi numen Pythium alloquitur et deridet: τί πράττειν κλεῦεις ἡμᾶς; ἢ δηλαδὴ τὰ Ἀρχιλόχου, εἰ μέλλοιμεν ἀξιοὶ φανεῖσθαι τῆς ὑμετέρας ἐσί-
 ας; λοιδορῆσαι μὲν πικρῶς τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμῆσθαι, ἀψά-
 σθαι δὲ καὶ τῶν κιναιδῶν, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων πονηρῶν πολὺ πονη-
 ρότεροί εἰσι, καὶ οὐχὶ διὰ μέτρου, αὕτη γὰρ διάλεκτος καὶ θεῶν, ὡς-
 περ οὖν καὶ θεῶν ἀνδρῶν, ὡς περ Ἀρχιλόχου.

m) Vetus Horatii interpres ad Epod. VI, 13. „Lycambes habuit filiam Neobulen; hanc cum Archilochus in matrimonium postulasset; promissa, nec a patre data est; huic iratus Archilochus in eum maledicum carmen scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus, ut cum filiam vitam laqueo finiret.“ Et alius interpres ibidem eadem refert. Schol. Hephaest. p. 87. dum docet, metrum iambicum ab ἰαμβίζειν, id est ὑβρίζειν, esse appellatum, sic pergit: Ἡ ἀπὸ Ἰάμβης οὕτω καλουμένης κόρης, ἣ τις αἰσχυρῶς ὑβρίζετο

σα ἀγχόνῃ κατέλυσε τὸν βίον. ὅπερ καὶ αἱ Λυκαμβίδες, ἐπὶ τοῖς Ἀρχιλόχου ποιήμασιν (ἔπαθον).*) Eustath. T. III. p. 1584. Ἰσέον δὲ πολλῶν προσώπων ἀψαμένων βρόχους ἐπιλύπαις, ἔπαθον οὕτω κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν καὶ αἱ Λυκαμβίδες ἐπὶ τοῖς Ἀρχιλόχου ποιήμασιν, μὴ φέρουσαι τὴν ἐπιφορὰν τῶν ἐκείνου σκωμμάτων. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ δεινὸς ὑβρίζειν. vid etiam Epigr. 5, 7. 8. Factum hoc respicit quoque Horat. Epod. VI, 12.

Cave, cave: namque in malos asperrimus

Parata tollo cornua,

Qualis Lycambae fretus infido gener.**)

Et L. I. Epist. 19, 23. — Numeros animosque secutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.

Et paulo post v. 28. —

Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho,

Temperat Alcaeus, sed rebus et ordine dispar,

Nec socerum quaerit, quem versibus oblinat atris,

Nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.

Item Ovid. in Ibiā: — In te mihi liber iambus

Tincta Lycambeo sanguine tela dabit. et eum imitatus

Martialis LVII. E. 11 si qua Lycambeo sanguine tela madent.

Vid. etiam de hoc suspendio Iambos Comitissae de Stollberg
Sat. I. p 3.

Ab hoc Lycambae et Archilochi dissidio Athenis ipsum Polemarchi munus ab iis, qui facetiores esse volebant, Λυκαμβίς dicebatur. Photius Lex. 171. v. Λυκαμβίς, ἀρχὴ τοῦ Πολεμάρχου. ψυχρῶς. ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχιλόχος Λυκάμβει. Phavorin. p. 483. col. 1. Λυκαμβίς, ἀρχὴ ὁ Κρατῖνος ἐν Νόμοις τὸν Πολεμάρχον δηλῶν, πρὸς ὃ (1. ὄν) ἀπέγράφοντο τὰς τοῦ ἀπροσαπίου δίκας. Λυκαμβίδα δὲ εἶπε τὴν ἀρχήν.

*) vel Πεκύνθασιν.

***) ubi tamen scholiast. notat Neobulen non propter satyras Archilochi, sed propter funestam sui patris mortem se suspendisse.

§. VI.

Lucianus indolem animi Archilochi sic describit:

„Fuisse virum omnino liberum, et fiducia quadam uti solitum, nec cunctantem maledicere, si vel maxime laesurus videretur, qui in bilem iamborum suorum incidisset.“ a) Verum acerbus vitiorum censor et insectator iis se ipse non immunem praestitit; immo ea de se fateri non erubuit, turpes nimirum impurosque amores suos, b) tum etiam, quod, cum contra Saïos, Thraciae populum, militabat, scuto abiecto fugerit, c) etsi in carminibus gloriatur, se aeque *Δεράποντα Έγυαλίου* ac *Άπόλλωνος* esse. d) Versus illi, quibus suam fugam, scutique abiectionem fatetur, a pluribus scriptoribus servati sunt, e) iique in causa fuerunt, cur Lacedaemonem veniens eodem etiam tempore ex urbe migrare iussus sit. f)

a) Vide fragm. 125.

b) Aelian. [L. X. C. 15. post locum §. I. m.): Πρὸς δὲ τούτοις, ἢ δ' ὅς, οὔτε ὅτι μοιχὸς ἦν, τῆδειμεν, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μάθοντες, οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστὴς· καὶ τὸ ἔτι τούτων αἴσχισον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. Οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν Ἀρχιλόχος μάρτυς ἑαυτοῦ, τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν, καὶ τοιαύτην ἑαυτοῦ φήμην· ταῦτα οὐκ ἐγὼ τὸν Ἀρχιλόχον αἰτιῶμαι, ἀλλὰ Κριτία. Maximus Tyr. Dissertat. XXIV. p. 477 τὸν δὲ Ἀρχιλόχου ἔρωτα (ὑβριστὴς γάρ) χαίρειν εἶναι. vid. etiam §. IV. not l. Euseb. P. ev. p. 228.

c) Aelian. l. c. et fragm. 58.

d) Athenae. L. XIV. p. 627. C. fragm. 59.

e) Aelian. l. c. Aristophan. Strabo. Sext. Empiricus. Plutarchus. vid. fragm. 58.

f) Plutarch. T. VI. p. 888. de Instit. Laconicis: Ἀρχιλόχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γινόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβάλεῖν τὰ ὄπλα ἢ ἀποθανεῖν.

§. VII.

Quod vero ad virtutem poeticam Archilochi, ingenii

vim elegantiamque et artem carminum attinet; ita emittit, ut veteres eum maximi facerent, et summis laudibus ferrent. Eum Plato sapientissimum vocat, a) Cicero poetis principibus in suo genere adnumerat, b) et Longinus etiam praeter Homerum, Pindarum et Sophoclem, ut summi poetae exemplum, Archilochum proponit, impetum divini spiritus ei tribuit, et ὀμηρικώτατον esse censet, d) sicut et Sextus Empiricus eum praeter ceteros, ut ποιητικόν, exempli causa adducit. e) Aristophanes Grammaticus iudicavit iambum Archilochi longissimum etiam esse optimum. f) Quintilianus elocutioni eius et sententijs summam laudem tribuit. g) Hippodromus Rhetor Archilochum πνεῦμα σοφισῶν; ut Homerum φωνήν eorum dixit. h) Synesius autem τὸν κάλλιστον τῶν ποιητῶν vocare non dubitat. i) Maximum poetam aut certe summo proximum Valerius Maximus eum praedicat, k) et Velleius Paternulus Homerum et Archilochum tantum in suo genere primos et perfectissimos esse scribit, l) cui adsentitur Dio Chrysostomus, m) adfirmans Homero et Archilochi nullum in omni aetate poetam posse comparari. Inter iambographos sane omni exceptione maior et longe princeps semper est habitus. n) Propter quam eius praestantiam dicitur in carmine Anthologiae Musa Archilochum in iambos misisse, ut Homero gratificaretur, o) timens nimirum, ne, si ad epos animum adiiceret, Homero ipsi palmam praeriperet, vel dubiam redderet. Quid? quod Dio Chrysostomus in eo etiam praestare putat Homero Archilochum, p) quod huius vitiorum censura et castigatio plus valeat ad mores emendandos, quam perpetua in Homero laus rerum et personarum.

a) Plato de republ. T. VI. L. II. p. 222. vide fragm. 68. v. 5. Sic etiam eum appellat Malalas in Chron. L. IV. vide fragm. 157.

b) Cicero Orat. C. I. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in poetis non Homero soli locus est, ut de Graecis loquar, aut Archilochi aut Sophocli aut Pindaro; sed horum secundis vel etiam infra secundos.

c) Longinus XXXIII, 5. p. 186. postquam dixit, Apoll. Rhod. ἄπτωτον esse: Ἄρ' οὖν Ὁμηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπελλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἐριγόνῃ (διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον) Ἀρχιλόχου πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος, κακείνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὄρμη, ἣν ὑπὸ νόμον τάξει δύσκολον, ἄρα δὴ μείζων ποιητῆς; τί δ'; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἔλοιο ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν τραγωδίᾳ Ἴων ἢ Χίος ἢ νῆ Δία Σοφοκλῆς;

d) Idem XIII, 5. Μόνος Ἡρόδοτος ἐμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον ὃ, τε Ἀρχιλόχος. Idem etiam fragmento VIII, 5, p. 194. edit. Weiske (ubi de elegantiā rhythmorum orationis sermo est) Archilochum cum Homero componit. Ὅτι ἂν τε ἡ παρ' Ὁμήρῳ ποίησις μὴ παρὰ φαῦλον ἡγησαμένῳ μηδὲ ἐν εὐτελείᾳ ἀναγνώσσει ἐν εὐτελεῖ. ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἔχει λόγον εὐπετη. Τοιοῦτον καὶ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ. καὶ γὰρ οὗτος ἡσκηταί.

e) Sextus Emp. contra Mathematic. L. IX. p. 567. s. 110. Ἴδου γὰρ, Ἀρχιλόχος ποιητικὸς ὢν, οὐκ ἔστι Σωκράτους τοῦ μὴ ποιητικοῦ κρείττων.

f) Cicero Ep. II. L. XVI. Quod vereris, ne ἀδόλεσχος mihi tu? quis minus? cui ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur. — Quidam Aristophanem poetam hic intelligunt, sed verior altera sententia Aristophanem grammaticum indicari, qui cum Aristarcho auctores veteres in numerum redegit.

g) Quinct. Institut. Orat. L. X. c. 1. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἔξιν maxime pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc vis elocutionis, cum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiae esse, non ingenii vitium.

h) Philostrat. Vit. Sophist. p. 620. de Hippodromo: Ἐσπύ-

δαξε δὲ καὶ ἀπὸ (1. περι) Ἀρχιλόχου, καλῶν τὸν μὲν Ὅμηρον φωνητῶν σοφιστῶν, τὸν δὲ Ἀρχιλοχον, πνεῦμα.

i) Synesius in Encom. Calvit. p. 427. vid. fragm' 13.

k) Valer. Max. L. VI. C, 3. vid. §. XVII. c).

l) Vellei. Patercul. vid. in fronte huius operis.

m) Vide infra p).

n) Athenae. in hypothesis Δειπνοσοφισ. Ἰάμβων δὲ τῆν ποιητῆς (ὁ Μόνιος) *) οὐδενὸς δεύτερος τῶν μετ' Ἀρχιλοχον ποιητῶν. Proclus in Chrestomath. apud Phot. p. 522. Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ Ἀρχιλόχος ἄριστος καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμόργιος ἢ, ὡς ἐνιοὶ, Σάμιος, καὶ Ἰππώναξ ὁ Ἐφέσιος. ὧν μὲν ὁ πρῶτος ἐπὶ Γύγου, ὁ δὲ ὑπ' Ἀνανίου τοῦ Μακεδόνος, ὁ δ' Ἰππώναξ κατὰ Δαρεῖον ἠέμασεν.

o) Vid. Epigr. VI.

p) Dio Chrysost. Orat. Tarsica priorī p. 396. D. Καὶ μὴν ὄσφ τὸ λοιδορεῖν καὶ τὴν ἀβελτηρίαν τὴν ἐκάστου καὶ τὴν πονηρίαν φανεράν ποιεῖν κρεῖττον ἐστὶ τοῦ χαρίζεσθαι διὰ τῶν λόγων, καὶ τοῖς ἐγκωμίοις θρύπτειν τοὺς ἀκούοντας, οὐχ ἤκιστα ἐκεῖθεν εἴσεσθε. Δύο γὰρ ποιητῶν γεγονότων ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος, εἰς οὐδένα τῶν ἄλλων ξυμβαλεῖν ἄξιον, Ὁμήρου τε καὶ Ἀρχιλόχου, τούτων Ὅμηρος μὲν σχεδὸν πάντα ἐνεκωμιάσε, καὶ θηρία καὶ φυτὰ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν, καὶ ὄπλα καὶ ἵππους· καὶ οὐδὲν ἐστ' ὅτου μνησθεῖς χωρὶς ἐπαίνου τε καὶ τιμῆς, ὡς ἂν εἴποι τις, παρηλθεν. Ἐν γοῦν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐβλασφήμησε, Θεοσίτην, καὶ τοῦτον λιγὺν εἶναί φησιν ἀγορητήν. Ἀρχιλόχος δ' ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἠέκετο ψέγειν, ὄρων, εἶμαι, τούτου μᾶλλον δεομένου τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πρῶτον αὐτὸν ψέγειν. Τοιγαροῦν μόνος καὶ μετὰ τελευτήν καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι τῆς μεγίστης ἔτυχε μαρτυρίας. Atque exposito deinde hoc testimonio, patrinimirum eius futuram filii gloriam ab oraculo praedictam et interfectorem eius templo eiectum esse (vide §. XVI.) sic pergit: ὄσθ' ὅλως λοιδορεῖν ἱκανὸς καὶ καθάπτεσθαι καὶ φανερά λόγῳ ποιεῖν τὰ ἀμαρτήματα, δῆλον ὅτι κρεῖττων ἐστὶ καὶ προκεκρίται τῶν ἐπαινούντων.

*) ex emend. Schweighaeus. Μύρτιλος.

§. VIII.

Quam ob rem etiam Archilochus magno in honore a veteribus habitus est. Diem eius festum, ut Homeri aliorumque virorum primi ordinis, celebrarunt; e) thema natalitium idem, quod Pindaro, ei tribuerunt; b) Parii etiam propter splendorem, quem per ingenii, poeseosque suae famam patriae intulit, singulares ei honores habuere. b) Ipsum quoque oraculum Delphicum futuram eius gloriam praedixit, eumque post mortem honorifico testimonio condecoravit, d) Musarum ministrum appellans. e) Hinc etiam studium Archilochi olim sane viguit. In summis viris eum veteres nominant, f) carmina eius ut Homeri aliorumque celeberrimorum poetarum canere, g) ea imitari, h) versus eius suis scriptis intexere, i) et commentariis illustrare solebant. k)

a) Vid. Epigramma II. ex Anthol.

b) Iulius Firmic. L. VI. Astronom. p. 73. qui exposito themate genethliaco, lyricis poetis proprio, sic pergit: Haec genitura divinum lyrici carminis poetam reddit, qui choreas Libero, redimitus hedera, religiosi carminis moderatione (an modulatione?) componat. Talis genitura Pindaro et Archilocho dulcissimi carminis modos ingenii inspiratione largita est. (Figuram huius siderationis vid. ibid. 173.)

c) Aristides T. I. p. 85. Καὶ μὴν εἰ Ὀμηρον Συμωναίους παρασχέσθαι, καὶ Παρίους Ἀρχίλοχον, καὶ Βοιωτοῖς Ἡσίοδον, καὶ Κίους Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἰμβραίοις, καὶ Θεβαίοις Πίνδαρον, καὶ Μιτυληναίοις Σαπφῶ καὶ Ἀλκαῖον, καὶ ἑτέροις ἑτέρους τινὰς φέρει φιλοτιμίαν, (τὰς γὰρ Ἀθήνας εἰς τὰ νῦν) ἤπου καὶ ὑμᾶς μέγα φρονεῖν εἰκὸς ἐπὶ τῷ τούτους ἅπαντας κοσμήσαντι καὶ δεῖξαντι. Aristotel. Rhetoric. L. II. p. 43. Πάροι γοῦν Ἀρχίλοχον, καὶ περ βλασφημήσαντα, τετιμήκασι.

d) Plutarch. in Num. T. I. p. 246. Ἀπέδωκε δέ τινα τιμὴν καὶ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἡσιόδῳ τελευτήσασι διὰ τὰς Μούσας τὸ δαιμόνιον.

e) Dio Chrysostom. Orat XXXIII. p. 396, 97. (vid. supra §. VI. p). Τοιγαρὸν μόμος καὶ μετὰ τελευτην καὶ πρὶν ἢ γένεσθαι τῆς μεγίστης ἔτυχε μαρτυρίας παρὰ τοῦ δαιμονίου. τὸν μὲν γε ἀποκτείναντα αὐτὸν ὁ Ἀπόλλων ἐξελαύνων ἐκ τοῦ νεῶ Μουσῶν αὐτὸν ἀνεῖπε Θεραποντα ἀνηρηκέναι. καὶ τὸ δεύτερον, ὡς ἀπελογεῖτο, ἐν πολέμῳ λέγων ἀποκτεῖναι, πάλιν Μουσῶν Θεράποντα ἔφη Ἀρχιλόχον. τῷ πατρὶ δὲ αὐτοῦ χρωμένῳ πρὸ τῆς γενέσεως, ἀθάνατόν οἱ παῖδα γενήσεσθαι.

f) Plato Ion. T. IV. p. 179. Πότερον περὶ Ὀμήρου μόνον δεινὸς εἶ, ἢ καὶ περὶ Ἡσιόδου καὶ Αρχιλόχου; et p. 182. Οὐκοῦν σὺ φῆς καὶ Ὀμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς (ἐν οἷς καὶ Ἡσιόδος καὶ Αρχιλόχος εἶσι) περὶ γε τῶν αὐτῶν λέγειν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως; Moschus Idyll 5. sive Ἐπιταφ. Βίωνος, inter ceteros illustres poetas, quos populares eorum lugent, Hesiodum, Pindarum, Alcaeum, Simonidem, etiam Archilochum nominat v. 92. Σὺ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος. Horat Serm. L. II, 3, 11.

Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro,

Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?

Cic. L. 1. de Nat. D. Nam quid est, quod minus probari possit, quam omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numae, Pythagorae, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt.

g) Athenae. L. XIV. p. 620. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελωδηθῆναι φησιν οὐ μόνον τὰ Ὀμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Αρχιλόχου. — Κλέαρχος δ' ἐν τῷ προτέρῳ παραγραφῶν, τὰ Αρχιλόχου *), φησιν, ὁ Σιμωνίδης ὁ Ζακύνθιος ἐν τοῖς Θεάτροις ἐπὶ δίφρου καθήμενος ἐρράψφδαι.

h) Plutarch. T. X. p. 660. Γλαῦκος γὰρ μετ' Αρχιλόχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Αρχιλόχου μέλη.

Anacreontem imitatore[m] fuisse Archilochi patet ex fragm. II.

*) Legitur alias τὰ Ἀντιλόχου, sed Ἀρχιλόχου hic legendum esse facile patet, ut etiam Casaub. in Excerptis Athenaei scriptum reperit.

De Aeschyli imitatione multa in his ipsis fragmentis loca occurrunt. vid. fragm. VI. not. Imitatores eius etiam Cratinus et Aristophanes. Prolegom. ad Aristophan. p. XI. ἐκ τῶν Πλατωνίου περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων. Κρατῖνος, ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητῆς, ἄτε δὴ κατὰ τὰς τοῦ Ἀρχιλόχου ζητήσεις αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν. (1. κατὰ τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ζήλωσιν ἢ τὸν τ. Α. ζῆλον) utpote qui Archilochum imitans in comediis ἀπλῶς καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τιθῆσι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἀμαρτανόντων. De Aristophane Terentianus:

Aristophanis ingens est solertia,
 Qui saepe metris multiformibus novis
 Archilochum arte est aemulatus musica.

Horatius de se ipso L. I. Ep. 19, 23.

Parios ego primus iambos
 Ostendi Latio numeros animosque secutus
 Archilochi — —

Plutarch. de Catone T. IV. p. 372. Postquam Scipio Lepidam, cum qua sponsalia diremit, quamque sibi Cato despondit, omnia molitus, iterum duxit, Cato, qui eum iudicio persequi voluit, ab amicis retentus, eum iambis proscidit, in quibus Archilochum secutus est. Ὡς δ' οἱ φίλοι τοῦτ' ἐκώλυσαν, ὀργῇ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους, πολλὰ τῶν Σκιπίωνα καθύδρισε, τῷ πικρῷ προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, τὸ ἀκόλαστον εἴφεις καὶ παιδαριώδες.

i) Sic Aristophan. vid. fragm. 23. 58. 67. 68.

h) Clemens Alex. Strom. p. 326. citat Ἀρίσταρχον ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις Ἐπομνήμασιν. Athenae. L. X. p. 451. Apollonium Rhodium ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχου. Diogen. Laert. L. V. C. VI. p. 334. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός γέγραφε περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὀμήρου. Aristophanes grammatic. Περὶ ἀχνομένης σκυτάλης. Athenae. L. III. 85.

§. IX.

Hanc eius laudem et admirationem auxit inprimis ingenii eius ubertas et solertia, qua ad ornatum et per-

fectionem poeseos, quae olim cum musica coniuncta et ipsa musica dicta est, a) varia metrorum rhythmique genera invenit, ad quorum exemplum deinde alia alii poetae composuerunt, b) ut adeo Victorinus dicat, eum non modo innumerabiles metrorum species edidisse, c) e quibus multa adhuc ab eius nomine dicuntur Archilochia, d) sed eum etiam omnis musicae parentem appellare non dubitet. e) Inter inventa vero eius in re poetica sive metrica ab auctoribus memorantur:

1) Iambicum trimetrum acatalectum, f) dictum Archilochium, g) quod Victorinus scribit eum formasse ex dactylico detractone unius temporis. h) Verum ex Aristotele, i) et quibusdam antiquis grammaticis constat, eo iam Homerum in Margite usum esse, hexametris tamen immixtis. k) Dissidium hoc veterum scriptorum ita componendum videtur, ut teneamus, Archilochum vel iambum purum invenisse, cum antea variis pedibus, ut in Margite, compositus esset, l) et hinc iambum illum praecipue ab auctoribus Archilochium dici, m) vel etiam iambum continuum, id est, carmen iambicum sine intercalatione aliorum metrorum primum protulisse, quo ad insectanda vitia contra Lycamben usus est, n) vel certe primum fecisse iambum acerbiolem et pugnaciorem, ut veteres quidam indicare videntur, o) et non nulli recentiorum contendunt. p)

2) Iambicum trimetrum catalecticum. quod Victorinus miuron, Diomedes colobon vocat. q) Archilochium r)

3) Iambicum trimetrum acephalon, s) quod ab Hephaestione etiam trochaicum trimetrum catalectum dicitur. t) Archilochium. u)

4) Iambicum dimetrum acatalecticum, v) quo in Lycamben usus est. x) Archilochium. y)

5) Iambicum pentametrum, z)

a) De significatione vocis *Μουσική* vide accuratam disputationem Illustr. Bar. de Locella ad Xenoph. Ephês. p. 125.

b) Victorin. L. IV. p. 2588. Adeo fecundus varietate carminum et singularis artificii in excogitandis novis metris hic auctor est (Archilochus), ut et ceteris vatibus immutationis suae in componendis metris observantiam parem studiosa aemulatione praestiterit. Nam plerique sequentis aevi informationibus et quibusdam viis auctore Archilocho varias numerorum species et ipsi commenti posteris tradiderunt, unde innumerabilis incomprehensibilisque venit in manus copia.

c) Idem L. IV. p. 2588. Rursus haec eadem connectens per cola et commata inter se innumerabiles edidit species, quarum aliae per coniunctionem, aliae per iniunctionem metrorum compositae, formataeque noscuntur.

d) Isidor. Orig. L. I. c. 38. Ab inventoribus metra vocata dicuntur, Anacreonticum, Sapphicum, Archilochicum; nam Anacreontica metra Anacreon, Sapphica Sappho mulier, Archilochicum Archilochus quidam invenit.

e) Victorin. L. IV. p. 2558. Archilochum ferunt, quem parentem artis musicae iuxta multiformem metrorum seriem diversamque progeniem omnis aetas canit, acceptum ab his, qui ante se inspexerant, summatimque tractaverant, dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per abiunctiones, detractionesque vertisse.

f) Clemens Alex. p. 565. *Ναὶ μὴν ἰαμβικὸν μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, χωλὸν δὲ ἰαμβικὸν Ἰππώναξ ὁ Ἐφέσιος.* Plutareh. T. X. p. 680, de Music. *Ἄλλα μὴν καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν τριμέτρων ῥυθμοποιίαν προσεξεῦρε.*

g) Servius de metris p. 1813, 29. Archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Martem fatigat prodigus vitae furor.

h) Victorin. L. IV. p. 2838. E quo (dactylico) primum iambicum metrum per detractionem unius temporis formavit, adaeque hexametrum, qui (versus) per dipodias trimeter efficitur. De metro iambico vid. Hermann. de Metr. Graec. L. II. c. XII. et XIV.

Sed Censorinus sive auctor fragmenti de Musica in huius inventionis societatem Simonidem Amorginum, aequalem Archilochi, adsumit C. X. De quo Simonide etiam Suidas et ex eo Endocia Viol. p. 383. Σιμωνίδης, Κρίνεω, Ἀμοργῖνος — ἔγραψεν ἰαμβοὺς πρῶτος αὐτὸς κατὰ τινάς.

i) Aristotel. περὶ ποιητικ. C. IV. Ἀπὸ δὲ Ὀμήρου ἀρξάμενοι εἰς (carmina in vituperationem aliorum composita), οἷον ἐκείνου ὁ Μαργείτης καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν οἷς καὶ τὸ ἀρμόττον ἰαμβεῖον ἦλθε μέτρον. Atilius Fortunatian. in Arte. p. 1692. Sequitur, ut de iambico dicere debeamus, cuius auctorem alii Archilochum, alii Hipponactem volunt; sed primus Homerus hoc usus est in Margite.

k) Hephaest. περὶ ποιήματος — οἷός ἐστιν ὁ Μαργείτης ὃ εἰς Ὀμηρον ἀναφερόμενος, ἐν ᾧ παρέσπαρται τοῖς ἔπεισι ἰαμβικά καὶ ταῦτα οὐ κατ' ἴσον σύστημα. Etiam Victorin. L. III. p. 2572. scribit, Homerum in Margite pluribus hexametris heroicis versus trimetros iambicos tanquam pares numero copulasse. item p. 2524.

l) Victorin. L. III. l. c., ubi Archilochum ait trimetros iambicos ab Homero duobus pluribusque hexametris subiectos qui variorum pedum fuisse videntur (L. II. p. 2524.) interpolando postea composuisse; ut adeo Archilochus vel pedes metri vel consecutionem versuum interpolaverit, et ex iambico variis pedibus constante puriorem versum, aut ex carmine diverso metro constante carmen iambicum continuum effecerit.

m) Plotius p. 2640. Haec pura iambica trimetra, quae Archilochia nuncupantur, quod (fort. genus) solos iambo recipit et raros spondeos. — item p. 2641. et 2645.

n) Victorin. L. III. p. 2572. vid. antea not. l).

o) Horat. in arte poet. Archilochum proprio rabies armavit iambo. et Ovid. in lb. eum repertorem pugnacis iambi vocat. vid. §. V. not. c).

p) Lilius Gyrard. de Historia poetar. Graecorum p. 962. vide et Fabric. Biblioth. Graec. T. II. p. 108. et ibi not. Harlesii tt).

q) Victorin. p. 2588. Item iambico trimetro suprema detracta syllaba hendecasyllabon, quem quidam miuron vocant,

edidit, ut: *Beatus ille qui procul negotiis; dehinc: Beatus ille qui procul quiescit.*

r) *Diomedes* L. III. p. 507. Iambicus colobus Archilochius hic de vero iambico syllaba extrema detracta factus est.

s) *Diomed.* p. 510. Archilochus metra consecuit, ut iambico detraheret syllabam et faceret versum talem: *Iupiter salutis arbiter meae, Terentian. de metris* p. 2437,

Sed et trimetrus ut quadratus hic potest

Acephalos esse, prima quando demitur,

Fierique primus pes ut isthic creticus.

— — — — —

Archilochus idem usus est tali metro.

t) *Hephaestio.* vid. fragm, 90.

u) *Servius* p. 1819. Archilochium constat trimetro catalectico ut est hoc: *Nox amoris et quietis conscia.*

v) *Victorin.* L. IV. p. 2588. Iamque trimetro detracta parte tertia, id est, dipodia, (Archilochus) dimetrum iambicum edidit. item L. III. p. 2585. Vid. *Hermann. de Metr.* p. 144.

x) *Idem* L. III. p. 2585. Quo dimetro (iambico) etiam Archilochus carmen composuit in *Lycamben* et filias

y) *Servius* L. II. p. 1818. Archilochium constat dimetro acatalecto, ut est: *Serena lux micat polo.* Item *Plotius* p. 1647.

z) *Victorin.* L. II. p. 2526. Iambicus pentameter compositus auctore Archilochus ex trimetro et dimetro acatalecto talis est: *Beatus ille qui procul negotiis ut prisca gens mortalium,*

§. X.

5) Dimetrum trochaicum brachycatalectum, quod alias ithyphallicum, a Victorino phallicum *) dicitur. a)

6) Trimetrum trochaicum catalectum. b)

7) Tetrametrum trochaicum. c) Archilochium, d)

*) sic pro phalaecium reposui monente doctiss. Hermann ad locum *Atil. Fortunat. de Metr.* p. 402.

- 8) Dactylicum penthemimeres, sive trimetrum dactylicum catalecticum. e) Archilochium. f)
 9) Trimetrum dactylicum hypercatalecticum. g)
 10) Tetrametrum dactylicum, Archilochium. h)
 11) Pentametrum. i)
 12) Monometrum hypercatalecticum anapaesticum, quod Servius choricum vocat. k)
 13) Anapaesticum dimetrum catalecticum, paroemiacum dictum. l)
 14) Choriambicum dimetrum. Archilochium. m)
 15) Etiam Alcaicum metrum Diomedes ei tribuit, idque Archilochium vocat. n)

a) Hephaest. p. 16. de vers. trochaic. Ἐστὶ δὲ ἐν αὐτῷ ἐπίσημον καὶ τὸ δίμετρον βραχυκαταληκτικόν, τὸ καλούμενον Ἴθυφαλλικόν, ᾧ πρῶτος μὲν Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο. item Diomed. p. 511. et Victorin. p. 2588. Similiter trochaico tribus revulsis pedibus metrum phallicum (Archilochus) protulit sic: tollor in montes vagus entheus repente; dehinc: entheus repente. vid. Herm. de Metr. p. 133.

b) Idem ac trimetrum iambicum acephalum. vid. §, VIII, s) t).

c) Plutarch. T. X. p. 630. de Music. illi tetrametrorum inventionem generatim tribuit: πρῶτον δὲ αὐτῷ — καὶ τὰ τετράμετρα ἀποδέδοται. Rufinus p. 2709, de iambo, trochaicum Archilochium unde fieri dicunt metrum: Creticon Archilochus supra caput addit iambi.

d) Servius p. 1819. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc; Tolle thyrsos, aera pulsans; iam Lyaeus advenit. Hermann. de Metr. p. 113.

e) Hephaest. p. 70, 22. vide fragm. 72 unde Schol. Aristophan. Nub, v. 274. Diomedes p. 514. Dimetrum quoque, quod ex superiori parte hexametri Archilochus una syllaba auxit et fecit tale: Vult tibi Timocles (l. Timoclees). hoc tale est, quale est in Horatio: arboribusque comae.

f) Plotius p. 2640. Archilochium penthemimericum

simplex hypercatalectum monoschematistum est; constat enim semper duobus dactylis, et una syllaba: Ἐν δὲ Βατούσιαδης; item Servius p. 1820.

g) Diomed. L. III. p. 514. Trimeter herous ex superiori iambico fit, ut diximus, sed hoc Varro ab Archilocho auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale: Omnipotente parente meo.

h) H e p h a e s t. p. 21, 22. d e m e t r o d a c t y l. καὶ τὸ τετράμετρον εἰς δισσύλλαβον καταληκτικόν, ᾧ πρῶτος ἐχρίσατο Ἀρχιλόχος ἐν ἐπῶδοις. unde Scholiast. Aristoph. Nub. 274. qui addit, id Ἀρχιλόχειον vocari. Servius p. 1820. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc: Arent solstitio sola terrae. Item Victorin. L. III. p. 2563. 64. 65, et 2588. Hermann. de M. p. 262.

i) De inventore pentametri iam apud veteres controversia fuit teste Horatio in Arte poet.: Quis tamen exiguos elegos etc. Alium alii auctores tradunt, Midam Phrygem, Theoclem Naxium (Suid. v. ἔλεγος et ἐλεγαίνειν), Callinum (Terentian. Schol. Nicandri. Victorin. p. 2555.), Mimnermum (Hermesianax in Eleg. apud Athenaeum. Plotius T. II. p. 2636. Orion Theban. in Callimacho Ernesti T. I. fragm. p. 439.); Colophonium quendam, forte hunc ipsum Mimnermum intelligentes, (Victorin. p. 555. Isidor. L. I. C. 38.), immo et Pythagoram et Ortygem nescio quem (Plotius p. 2636. T. II.); Multorum tamen testimoniis Archilocho eius inventio tribuitur. *) Atque hinc etiam pentameter ille, qui duabus divisionibus penthemimericis constat, ut Plotius p. 2636. item 2640. asserit, Archilochius dicitur.

*) Plutarch, T. X. p. 620. de Musica. vide §. XIII. in fine. Diomed. L. III. p. 502. Victorinus p. 2588. Duobus pedibus et semipede versus heroi, quae penthemimeres tome dicitur, divulsis, rursusque inter se copulatis (Archilochus) pentametrum elegiacum figuravit. item 2555. Inter inventores eius eum etiam nominant Orion Thebanus loco cit. et Isidorus L. I. C. 38. At verum est Callinum antiquiorem Archilocho jam metro elegiaco usum esse, cuius adhuc carmen hoc metro exstat, ideoque inventio eius Archilocho non quovis respectu tribui potest. Optime haec elucidavit Cl. Boettiger in Mus. Attico V. I. 2. p. 355. not. V. De pentametro elegiaco vid. Herm. de Metr. 281.

k) *Diomed.* p. 515. Dimetrum est et illud, quod ex inferiori parte hexametri Archilochus auxit praeposita una syllaba, immo duabus, quae pro una sunt, et semipedem faciunt, et est tale: nova munera divum.

l) *Hephaes.* p. 27. vid. fragm. 54. in not. Paroemiacum vero vocatum esse ait p. 26. διὰ τὸ παροιμιαστικὰς ἐν τούτῳ τῷ μέτρῳ εἶναι.

m) *Diomed.* p. 309. de *Choriamb.* Archilochium de proximo superiori recisum: Lydia dic per omnes. — Servius autem hoc metrum Aristophanium vocat, quod constat choriambo et amphibrachi vel Bacchio.

n) *Idem* p. 510. Archilochium aliud est in Horatio tale: Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

§. XI.

Praeterea Archilochus, diversorum metrorum commata et cola varie coniungendo, minuendo vel augendo, a) multa versuum genera, quae σύνθετα vel ἀσύνθετα vel ἀσυνάρτητα vocant, b) protulit, quorum praecipua haec ab auctoribus memorantur:

16) Ex iambica basi et choriambo. c)

17) Ex iambico dimetro acatalecto et ithyphallico. d)

18) Ex iambico dimetro acatalecto, et trochaico dimetro catalecto sive trochaico hepthemimeri. e)

19) Ex iambico dimetro acatalectico et penthemimeri dactylico. Archilochium. f)

20) Ex trochaico dimetro acatalectico et iambico dimetro. g)

21) Ex tetrametro dactylico et ithyphallico, quod Victorinus hexametrum heroicum περιπτοσυλλαβές, et Plutarchus ἡρώων ἀξάνεμενον vocat. Archilochium. h)

22) Ex dactylico penthemimeri, et iambico dimetro acatalectico, i) quod Plotius encomiologicum Archilochium vocat.

- 23) Ex anapaestico hephthemimeri et ithyphallico. k)
24) Ex anapaestico dimetro et iambico dimetro acatalectico. l)
25) Ex anapaestica dipodia, et ithyphallico. m)
26) Versus Saturnini vel Saturnii, quorum exempla propriae Archilochi dimensionis grammaticus adfert. n)
-

a) Censorin de Musica C. IX. Victorin. L. IV. p. 2588. Dehinc ab his duobus (hexametro et iambico trimetro) exorsus (Archilochus) multa metrorum genera variaque produxit, mutata per translationem aut in utroque longa syllaba. Rursus per incisionem singulorum atque coniunctionem pleraque metrorum genera commentus est. et sic porro.

b) Hephæst. p. 48. Γίνεται δὲ ἀσυνάρτητα, ὅποταν δύο κόλλα, μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις σηναρτηθῆναι, μηδὲ ἔνωσιν ἔχειν, ἀντὶ ἐνὸς μένου παραλαμβάνονται σίχου. πρῶτος μὲν τούτοις Ἀρχιλόχος κέχρηται. Victorin. L. III. p. 2565. Idem (Archilochus) etiam iungendo inter se diversa, nova metra composuit, quae Graeci σύνθετα et ἀσύνθετα appellant; σύνθετα, quae sunt eiusdem generis, ἀσύνθετα, quae ex diverso copulantur.

c) Victorinus p. 2588. cuius exemplum adfert: Novum melos Lydia dic.

d) Idem. p. 2550. ex. gr. Iubar superne fulgida lucet arce coeli.

e) Hephæstio. vide fragm. 78. Victorin. p. 2550. ex. gr. Beatus ille, qui vagans mente vivit integra.

f) Diomed. L. III. p. 515. Servius p. 1826. vocat Archilochium, hoc exemplo addito: Indi Lyaeo dediti tympana iam quatunt.

g) Victorin. p. 2551. cuius exemplum adfert: Caeruli monarcha ponti ratisque rector. Verum apparet, vel vocem deesse in parte iambica; nam ratisque rector est tantum monometrum iambicum hypercatalecticum; vel in textu legendum esse monometro.

h) Vid. Hephæst. fragm. 82. Victorinus L. III:

p. 2562. Idem Archilochus penultimis heroi hexametri partibus adiecta syllaba huiusmodi versum induxit, qui metro phallico id est trochaeis ultimis clauditur, ut est: At tuba terribilem sonitum dedit aere canoro: adiecto enim ante ultimos pedes se d syllaba fiet: aere sed canoro; quod est metrum phallicum. Iuncto omni fiet versus huiusmodi: At tuba terribilem sonitum dedit aere sed canoro. Quod quidam hexametrum heroicum περιτροσευλλαβης dixerunt. vid. etiam p. 2550. 2583. item Plutarch. T. X. p. 680 de Musica, et infra §. XIV, 6. Archilochium vocat hoc metrum Servius p. 1825. Diomed. p. 510. Plotius p. 2673. Huius metri etiam meminit et auctoris eius Atilius Fortunatianus p. 2682. 2701.

t) Hephæst. vid. fragm. 83. Servius p. 1826. Archilochium constat penthemimeri dactylico et dimetro iambico acatalecto, ut est hoc: Sidera cuncta micant decore lucis aureo. item Diomed. p. 510. Plotius p. 2662. Atil. Fortunatianus p. 2684.

k) Hephæst. p. 27. et. 48. vid. fragm. 54. Servius p. 1825. Archilochium constat partheniaco (l. paroemiaco) et ithyphallico; ut est hoc: Remeavit ab arce tyrannus vultibus cruentis. item Diomed. p. 514.

l) Victorin. p. 1550. ex. gr. Age nunc comites rabi-
dae Cybeles vocant choros ad aras. et. p. 1583.

m) Idem ibidem, cuius exemplum: Age nunc comites;
ferte sacra Baccho.

n) Atil. Fortunatianus in Arte p. 2650 et 79. de versu Sa-
turnino: Apud Archilochum (inveni tale genus):

Quem non rationis egentem, vicit Archimedes,
et — Consulto producit eum, quo sit impudentior. Et auc-
tor fragmenti, quod cum Censorino edí solet, p. 151. Nume-
rus Saturnius,

Magnum numerum triumphat hostibus devictis.

Sunt qui hunc Archilochium vocant.

corrigente Bentleio in resp. ad Boyl. p. 273. (Herm. p. 403.
d. M.)

Grammatici versum Saturninum alias iambico dimetro catale-
ctico et ithyphallico constare docent, cuius hoc exemplum
adferunt: Malum dabunt Metelli Naevio poetae. Cf. Casaubon.

de Poesi satyric. p. 177. et ibi Rambachii not. C. Adrian. Iu-
nium Animadverss. L. I. c. XI. p. 29 — Sed inprimis Her-
mannum de Metr. Graec. p. 401. et sequ.

§. XII.

Ad inventa Archilochi etiam epodi a) referuntur, sive illa carminis lyrici forma, in qua versui longiori subiicitur brevior eiusdem vel alius generis, b) qui et ipse epodos dicitur c) ab ἐπάδειν, quia priori accinitur et sensum eius finit. Nomen translatum est ab illo carmine lyrico, quo antiqui laudes Deorum circa aram euntes redeuntesque canere solebant, quod strophe, antistrophe et epodo compositum fuit, et cuius strophe et antistrophe iisdem metris, epodos dissimilibus constabat. Hinc sumtum vocabulum, inquit Victorinus, in epodos binis versibus imparibus constantes. nam sicut ibi canticum epodus finiebat, ita hic versum sensu insequenti concludit. Hoc Archilochi inventum spectare videtur Plutarchus, dum illi tribuit τὴν εἰς τοὺς οὐχ' ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔντασιν; d) vel, ut Burette legit, ἔντασιν; e) i. e. talem metrorum compositionem, quae in rhythmum a priori diversum vel imparem transit. Hoc autem fit non modo in metris ἀσυναρτήτοις; ubi cola diversi generis per antipathiam copulantur, sed etiam in epodis ubi disparitas pedum inter duos versus in rhythmici ductu et decursu varietatem efficit.

a) Victorin. p. 2551. (Archilochus) primus epodos excitavit alios breviores, alios longiores, detrahens unum pedem seu colon metro, ut illi subiiceret id, quod ex primo detractum esse videbatur, ut in heroo, a quo primum coepit, tanquam: Diffugere nives, redeunt iam gramina campis; dehinc epodos sui generis: Arboribusque comae. Item Atil. Fortunatian. p. 2682:

b) Hephaestio p. 70. Εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρῆ-
ρήνικῶς οὕτω καλούμενοι ἐπιφοδοί, ὅταν μεγάλῃ σίχφ περιττόν τι ἐπι-
φέρηται. Diomed. L. III. C. 1.

c) Victorin. p. 1552. Terentian. p. 2422. Praemisso hexa-
metro dulcem subnectit epodon. Quinct. L. X. c. 1. Diomed.
L. III. c. 1.

d) Plutarch. T. X. p: 680. de Musica: vide infra § XIV.
in fine.

e) Sic enim habent tria Ms. regia. — Ἐντείνειν autem de
componendis versibus usurpari notum est. Plato in Phaedon.
de Socrate, qui Aesopi quasdam fabulas in versus redegit, p.
136. Ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους.

§. XIII.

Plutarchus praeterea Archilochi inventis poeticis,
musicisve adnumerat:

1) Τὴν παρακαταλογίην. a) Quid vero haec
παρακαταλογίη sit in re musica vel metrica, non satis
constat, cum haec vox, nisi in hoc loco, et apud Aristotel.
Problem. V. sect. 19. b) nullibi adhibita vel usitata alias
vel a grammatico explicata occurrat. Burette c) ex loco
Aristotelis et interpretatione Gazae colligit, hanc vocem
significare, ut ipsius verbis utar, un desordre dans
l'arrangement des sons et dans le rythme,
d'où resul toit une modulation inegale, sca-
breuse, heteroclite, et par-là d'autant plus
propre au tragique, au pathetique, comme
le dit Aristote. Atque hinc concludit, τὴν παρακα-
ταλογίην Archilochi quoque carminibus, quibus affectu
vehementiore commotus in alios invehebatur, tanto ma-
gis fuisse accommodatam. Verum haec Buretti explica-
tio vel coniectura ipsa cum dubia tum obscura est. Nam
in quo ille perturbatus sonorum rhythmique ordo et
consequentia consistat, aut quomodo inaequalis, scabra;

et heteroclita modulatio ex perturbata sonorum rhythmi-
que consecutione enata, dum animum movet, simul
placere possit, non video. An forte per παρακαταλο-
γὴν illa mutatio et varietas intelligenda sit in re musica,
qua cantus ex uno genere ad aliud, vel ex hoc modo ad
illum transit, mutato simul rhythmī genere, quibus mu-
tationum generibus veteres in movendis animis tantum
efficaciae tribuebant? d) ut adeo Archilochus primus
instituerit neque eodem genere nec modo, nec eadem
rhythmī consecutione et motu uti, sed transierit in alia,
eaeque miscuerit; id quod deinde propter vehementiorem
in animis affectum etiam tragico et pathetico praecipue
aptum videbatur. Verum et haec Plutarchus potius Sa-
cadae, e) tum etiam Sapphoni f) tribuit, quam scribit
mixtum quoddam genus invenisse inprimis patheticum,
quod deinde tragici adsumserunt. Res igitur in incerto
est, et doctioribus diiudicanda relinquitur.

2) Τὴν παρὰ ταῦτα κροῦσιν. g) Archilochus
nimirum non modo varia rhythmī metrorumve genera
excogitavit et protulit: sed etiam primus ostendit, quo
modo, dum ea canebantur, iis convenienter lyra pul-
sanda esset.

a) Plutarch. T. X. p. 680. de Music. vid. §. XIV. a. c).

b) Aristotelis verba sunt: διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠ-
δαῖς τραγικόν; ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικόν γὰρ τὸ ἀνωμαλές
καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης· τὸ δὲ ὀμαλές ἐλάττον γοῶδες. Gaza
vertit varietatem et mutationem.

c) Burette T. X. Comment. Acad. Inscript. Paris. p. 112.
Et seq.

d) Burney in tractatu de Music. Veter. Sect. IV.

e) Plutarch. I. c. p. 688.

f) Idem I. c. p. 666.

g) Idem p. 680.

§. XIV.

Alia Archilochi inventa, quae Plutarchus ei adscribit, sunt:

3) Τὸ προκριτικόν. Sic omnes libri et MS., quem in R. Caes. bibliotheca consului, No. CLXXVI. Verum cum rhythmus sive μέτρον προκριτικόν a nullo auctorum, qui de re metrica vel musica scripserunt, memoretur: Burette, omisso πρὸ, legendum esse censet κρητικόν, cuius rhythmī apud auctores passim fit mentio, a) quemque Aristides Quintilianus ad mixtum genus refert; Hephaestio vero metrum creticum genere paeonico comprehendit. b) In hunc rhythmum creticum Archilochum ab heroico aucto transiisse docet Plutarchus, c) qui tamen a Glaucō traditum esse memorat, rhythmum creticum a Thaletā Cretensi in melopoeiam primum illatum esse. d)

4) Τὸ προσοδιακόν, sic dictum a prosodiis sive hymnis in deorum festa compositis. e) Haec prosodia Apollini simul et Dianae cani esse solita Pollux tradit. f) De rhythmō prosodiaco agit Aristid. Quintil. L. I p, 38. g)

5) Ἡ τοῦ πρώτου (τοῦ κρητικοῦ) αὔξησις: Si lectio κρητικόν loco προκριτικόν supra recte habet; Archilochus rhythmum sive metrum creticum a se inventum pluribus deinde pedibus auxit. Sunt enim versus in hoc genere diversae mensurae, dimetri, trimetri, tetrametri, pentametri, et hexametri, quales et Aristophanem scripsisse tradit M. Victorinus.

a) Aristophan. Vesp. v. 1266. Ecclesiaz. v. 1157. Hephaest. p. 42. Suidas v. κρητικός.

b) Hephaest. l. c. de cuius sententia disputantem cf. Hermann. de Metr. Graec. L. II. c. XX. et. XLVIII.

b) T. X. p. 680. vide §. XV. a- c).

d) T. X. p. 660. de Music. §. III. e).

e) Suidas v. Προσόδια.

f) L. I. C. I. s. 38. Sed etiam in Mercurium. Aristophan. Εἰρήν.

g) Hunc locum interpretatur Martian. Capella p. 224 sic: Fiunt autem numeri, qui et prosodiaci, quorum alii per ternos pedes fiunt, pyrrhichio, iambo et trochaeo; alii vero quatuor, ut his tribus pedibus iambus primus aptetur; alii vero ex duabus syzygiis, id est, copulis, Bacchio et Ionio ἐπὶ μείζονος constare consueverunt.

§. XV.

6) Ἡ τοῦ ἱαμβείου πρὸς τὸν ἐπίβατον παίωνα ἔνσασις, καὶ ἡ τοῦ ἡύξημένου ἡρώου εἴς τε τὸν προσοδιακὸν καὶ τὸν κρητικόν. Plutarchus, ut Burette videtur, b) loquitur hic de translatione rhythmī aut metri in aliud genus, ut in epodis fit, et utitur exemplis eius rei, quam antea τὴν ἔνσασιν εἰς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς dixit, dum ab iambico ad paeonicum, ab heroo aucto (vid. §. X. not. h) ad prosodiacum et creticum transitur. Paeona epibaton Arist. Quinctil. L. I. p. 38 explicat.

7) Ἐτι δὲ τῶν ἱαμβείων τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κροῦσιν, τὰ δὲ ᾄδεσθαι. Archilochus itaque instituit etiam primus, ut iambi ad cantum lyrae partim recitarentur tantum, partim canerentur. Quam inventionem, qua nuda recitatio cum cantu instrumentorum coniungitur, in melodramate recentiorum, ut vocant, instauratam esse videmus. c)

a) Locus Plutarchi, quo has aliasque inventiones supra memoratas Archilocho adscribit, in tractatu de Musica T. X. p. 680. sic habet: Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν τριμέτρων

ῥυθμοποιίαν προσεξεύρε, καὶ τὴν εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔν-
 τασιν (f. ἔντασιν) καὶ τὴν παρακαταλογὴν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα κρού-
 σιν. Πρῶτον δὲ αὐτῷ τὰ τε ἐπόδα, καὶ τὰ τετράμετρα, καὶ τὸ προ-
 κρητικόν (f. κρητικόν), καὶ τὸ προσοδιακόν ἀποδέδοται, καὶ ἡ τοῦ
 πρώτου αὐξησης. ὑπὲρ ἐνίων δὲ καὶ τὸ ἐλσγιόν. πρὸς δὲ τούτοις ἢ τε
 τοῦ ἱαμβείου πρὸς τὸν ἐπίδατον παίωνα ἔντασις (f. ἔντασις) καὶ ἡ τοῦ
 ἠύξημένου ἡρώου εἰς τὸν προσοδιακόν καὶ τὸν κρητικόν· ἐπεὶ δὲ τῶν
 ἱαμβείων τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κρούσιν, τὰ δὲ ἀδεσθαι Ἀρ-
 χιλοχόν φασι καταδειξαι, εἴθ' οὕτω χρῆσασθαι τοὺς τραγικούς.

b) Burette Comment. Academ. Inscript. Parisiens. p. 112.
 et seq.

c) Burette l. c. et Forkel in Histor. M. Vol. 1. p. 287.

§. XVI.

Verum dum veteres Archilochi ingenium carminum-
 que vim et elegantiam, eiusque solertiam summopere lau-
 dant et admirantur, non dissimulant tamen, eum tanto
 spiritu dignum argumentum non elegisse, a) poetamque
 graviter taxant, b) quod eius carminatum nimium acer-
 bitatis virus habent, tum etiam quod leges verecundiae
 parum servarunt, c) ut adeo hae quasi maculae pulcher-
 rimis eius operibus inhaerescerent, d) Quare Quinctilia-
 nus iudicat, e) si quoquam minor est, materiae, non in-
 genii esse vitium. Hanc eius maledicentiam et inverecun-
 diam ex multis veterum locis, qui eum reprehendunt,
 cognoscere licet, f) quamvis illam Dio Chrysost. excusare
 videatur, g) hanc vero Quinctilianus in iambographis et
 veteris comoediae scriptoribus etiam laudari scribat. h)
 Virulentiam eius satis ostendit desperatio Lycambae eius-
 que filiarum, i) ob eamque causam Sextus Empir. Archilo-
 chum et Hipponactem ἀλείπτιας τῶν ὀργίλων k) et Eusta-
 thius τὸν σκορπιώδη Ἀρχιλοχόν vocat. l) Ab eius male-
 dicentia etiam proverbia quaedam in maledicos sumpta, m)
 et comoediae eius nomine, in quibus conviciatores vi-

dentur inducti esse, a Cratino et ab Alexide inscriptae sunt, n) sicut et Gorgias Platonem, cum dicto ab eo laceraretur, νέου Ἀρχιλόχου appellavit. o) Nomina quorundam, quos iambis suis petivit, in fragmentis occurrunt; p) sed cum saevo hoc animo vivos improbosque insectaretur, a viris probis tamen et illustribus abstinuit, q) mortuisque conviciari nefas putavit. r)

a) Plutarch. T. VI. p. 163. Μέμφαιτο δ' ἄν τις μὲν τὴν Ἀρχιλόχου ὑπόθεσιν, Παρμενίδου τὴν ριχοποιίαν, Φωκλίδου δὲ τὴν εὐτέλειαν κ. τ. λ. vid et not. c).

b) Idem T. I. 589. Ἡ δ' αὐτουργία τῶν ταπεινῶν τῆς εἰς τὰ κατὰ ῥαθυμίας μάρτυρα τὸν ἐν τοῖς ἀχρήστοις πόνον παρέχεται καθ' αὐτῆς. Καὶ οὐδεὶς εὐφυῆς νέος — γενέσθαι ἐπεθύμησεν — οὐδ' Ἀνακρέων ἢ Φιλίμων ἢ Ἀρχιλόχος ἤσθεις αὐτῶν τοῖς ποιήμασιν. Οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, εἰ τέρπει τὲ χαρίεν, ἄξιον σπουδῆς εἶναι καὶ τὸν εἰργασμένον.

c) Origen. contr. Cels. L. III. c. 23. p. 462. A. B. de oraculo Pythio loquens: Ἀλλὰ καὶ Μουσῶν Θεράποντα εἰπὼν τὸν Ἀρχιλόχον ἄνδρα ἐν κακίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ ὑποθέσει ἐπιδειξάμενον τὴν ἑαυτοῦ ποιητικὴν, καὶ ἔθος ἀσελγὲς καὶ ἀκάθαρτον παραστήσαντα, ὅσον ἐπὶ τῷ Θεράποντα εἶναι Μουσῶν, νομιζομένων εἶναι Θεῶν, εὐσεβῆ τινα ἀνηγόρευσεν· οὐκ οἶδα δὲ, εἰ καὶ ὁ τυχὼν τὸν εὐσεβῆ φήσει μὴ πάση κεκοσμηθῆσθαι μετριότητι καὶ ἀρετῇ, καὶ κόσμιος ταῦτα λέγει ἂν, ὅποια περιέχουσιν οἱ μὴ σεμνοὶ τοῦ Ἀρχιλόχου Ἰαμβοί.

d) Suidas v. Ἀρχιλόχος vocat eum ποιητὴν γενναῖον τάλλα, εἴ τις αὐτοῦ τὸ αἰσχροπρεπὲς καὶ τὸ κακόρρημον ἀφέλοι.

e) Quintil. L. X. c. 1. vid. §. VII. not. g).

f) Dio Chrysostom. Orat. 2. p. 18. Τὰ μὲν οὖν ἄλλὰ ποιήματα ἔγωγε ἠγοῦμαι τὰ μὲν συμποτικὰ αὐτῶν, τὰ δὲ ἐρωτικά, τὰ δὲ ἐγκώμια ἀθλητῶν τε καὶ ἔπκων νικούντων, τὰ δ' ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι θρήνους, τὰ δὲ γέλωτος ἕνεκεν ἢ λαιδορίας πεποιημένα· ὡσπερ τὰ τῶν κωμωδοδιδασκάλων καὶ τὰ τοῦ Παρίου ποιητοῦ. Proelus in Hesiod. p. 40. v. ἐν δὲ δίκη ν β λ ἄ ψ α ς. —

κάλλισα τὸ φιλόσοφον ἦθος, οἷόν ἐστιν, εἶπεν διὰ τούτων ὁ Πλούταρχος δηλοῦσθαι τὸν μὲν Ἀρχίλοχον καὶ τὸν Ἰππώνακτα βλασφημίας συγγράφαι κατὰ τῶν λυπησάντων — ἀλλὰ τὸν ὄντως μουσικὸν Ἡσίοδον μηδὲν τοιοῦτο παθεῖν κ. τ. λ. Schol. Aphthonii p. XVIII. ἔθεν καὶ πολλοὺς ὀρθῶ μὲν πρὸς ἔπαινον δεξιούς, οὐ μὴν καὶ πρὸς ψόγον, ὡς Ὀμηρον καὶ Πίνδαρον ἑτέρους δὲ τούναγτίον, ὡς τὸν Ἀρχίλοχον. Vid etiam supra §. V. a. item §. I m. et epigramm. Anthol. Cicer. de N. D. III, 38. Neque enim quem Hipponactis iambus laeserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, a Deo immissum dolorem, non conceptum a se ipso, continebat.

g) Dio Chrysost. Orat. 33. p. 396. vid. §. VII. p.

h) Quinct. Institut. Orat. L. X. c. 1.

i) Vide §. V. g. i. k. m.

k) Sextus Emp. contra Mathematic. L. I. p. 281. Οὗ δὲ ἔργιλοι Ἰππώνακτα καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας.

l) Eustathius T. II p. 88. vide fragm. 127.

m) Suidas v. Ἀρχίλοχος — Ἀρχίλοχον πατεῖς, ἐπὶ τῶν κακηγόρων καὶ λοιδόρων. Eustath. T. III. p. 1684. de Archilochō : ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ δεινὸς ὑβρίζειν ἔθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν οὕτω σκώπτειν εὐφυν, τὸν Ἀρχίλοχον πεπάτηκας ὡς εἶ τις εἶποι σκορπίον ἢ ὄφιν ἢ κακτὴν ἄκανθαν. Item Diogenian. C. III, 95. ubi pro πατεῖς male legitur πάτρις, et Apostol. Cent. IV, 52. Adde Erasm. Chil. II. Cent. II. 58. et Chil. III. C. X, 90. Ad proverbiales locutiones etiam referendum est illud Aristidis T. II. p. 307. Ἀρχιλόχου πίθηκοι, sive de conviciatoribus intelligas Archilochum imitantibus, sive fabulā Archilochi respiciatur daemio et vulpe in epodis narrata. vid. fragm. 68. Hinc edicta Archilochia apud Ciceron. L. II. epist. ad Attic. 21. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, prae multitudine eorum, qui legunt, transire nequeamus: ipsi ita acerba, ut tabescat dolore. Et L. II. epistol. 20. ibidem: Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV calendas Novembr. distulit. vid. Erasm. Chil. II. Cent. II. 57. Plutar-

phus vero de his edictis in Pompei. p. 644. Βίβλος μὲν εἰς τὴν
ροικίαν κατακλεισάμενος ὀκτώ μηνῶν οὐ προήλθεν ὑπατεύων, ἀλλ'
ἐξέπεμψεν διαγράμματα βλασφημίας ἀμφοῖν ἔχοντα καὶ κατηγορίας.
De Bibulo vid. etiam Sueton. in Jul. Caes. C. 20 et 49.

n) Athenae. L. IV. p. 644. B. C. citat Alexidis fabu-
lam Ἀρχίλοχος inscriptam. De fabula Cratini Ἀρχίλοχοι, quam
plures auctores memorant, vide Biblioth. Graec. Fabricii ex
edit. cl. Harlesii T. II. p. 431.

o) Athenae. L. XI. p. 505. D. E. Ἑρμιππος δὲ ἐν τῷ
περὶ Γοργίου, ὡς ἐπεδήμησε, φησὶ, ταῖς Ἀθήναις ὁ Γοργίας, μετὰ
τὸ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς ἐν Δελφοῖς ἑαυτοῦ χρυσῆς εἰκόνας,
εἰπόντος τοῦ Πλάτωνος, ὅτε ἶδεν αὐτόν· ἤκει ἡμῖν ὁ καλὸς τε καὶ χρυ-
σοῦς Γοργίας· ἔφη ὁ Γοργίας· ἢ καλὸν γε αἰ' Ἀθηναίαι καὶ νέον τοῦτον
Ἀρχίλοχον ἐνηνόχασιν.

p) Vid. loc. sequentem.

q) Aristid. T. II. p. 293. Οὐ τοίνυν οὐδὲ Ἀρχίλοχος περὶ
τὰς βλασφημίας οὕτω διατρέφων τοὺς ἀρίστους (τῶν) Ἑλλήνων καὶ ἐνδο-
ξοτάτους ἔλεγε κακῶς· ἀλλὰ Λυκάμεινον καὶ Χειδῶν (an Χαρίλαν ?)
καὶ τὸν δαίνα τὸν μάντιν καὶ τὸν Περικλέα τὸν κατ' αὐτόν, οὐ τὸν
πάνυ, καὶ τοιοῦτους ἀνθρώπους ἔλεγε κακῶς.

r) Vide fragm. 41.

§, XVII.

Pari ratione etiam inverecundia carminum Archilo-
chi a pluribus auctoribus notatur. a) Ea de causa Iulia-
nus eum et Hipponactem a sacerdote legi vetat, b) et
Lacedaemonii, ut Valer. Max. refert c) eius quoque
carmina exilio multarunt. Morosius tamen quam verius
pronunciavit Heraclitus, duobus summis poetis infensus,
Homero et Archilocho, e loco certaminum eos fuste abi-
gendos esse. Haec eius maledicentia et inverecundia for-
te quoque in causa fuit, ut, cum aliqua saltem opera
reliquorum principum in suo genere poetarum, Homeri,
Pindari et Sophoclis, vetustatem perferrent, carmina Ar-

chilochi propter haec ipsa piacula, postquam melior vitae morumque doctrina effulsit, negligenter, tandemque interirent, ita ut vix adhuc post saeculum sextum existisse videantur. Servata tamen propter praestantiam eorum plurima sunt fragmenta in scriptis diversorum auctorum, in quibus sane praeter unum alterumve verbum aut locum nihil invenias, quod verecundas aures offendere possit, sed plurima potius eleganter, poetice, prudenter et magna cum vi et emphasi enunciata.

a) Plutarch de Curios. T. VIII. p. 64. Φέρει γὰρ, εἴ τις ἐπιῶν τὰ συγγράμματα τῶν παλαιῶν ἐκλαμβάνοι τὰ κάκιζα τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ βιβλίον ἔχοι συντεταγμένον, οἷον — τῶν ὑπὲρ Ἀρχιλόχου πρὸς τὰς γυναῖκας ἀπρεπῶς καὶ ἀκολάσως εἰρημένων, ἑαυτὸν παραδειγματίζοντος, ἂν ἐκ ἑστῆς τραγικῆς κατάρτας ἄξιός; Ὅλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφορὰς. Clemens Alexand. p. 326. Γελοῖον μὲντ' ἂν εἶη, τὴν τῶν σπουδαίων ἀποδοκιμάζοντα γραφήν, τοὺς μη τοιούτους ἀποδέχεσθαι συντάττοντας. Ἄλλ' ἄρα — Ἰππῶνακτι ἔξ Ἀρχιλόχου αἰσχρῶς οὕτως ἐπιτρεπτέον γράφειν, τὸν δὲ τὴν ἀλήθειαν κηρύσσοντα καλυτέον τοῖς ὑπερβολικῶς ἀπολιπεῖν. Vide etiam §. XV, c. Origen. contra Celsum. Euseb. Praeparat. evang. g. 229. Φέρει δὲ τούτοις προσθῶμεν καὶ διὸν αὐθις ὁ Ἀπόλλων Δαυμάζει τὸν Ἀρχιλόχον, ἄνδρα παντοίας κατὰ γυναικῶν αἰσχρῶς ῥημοσύναις καὶ ἄρρητολογίαις, ἃς οὐδ' ἀκούσαι τις σώφρων ἀντὶρ ὑπαμείνειεν, ἐν τοῖς οἰκείοις ποιήμασι κεχρημένον. Hinc etiam Athenaeus, dum de cantionibus agit, quae amatorios turpesve affectus exprimunt, iis etiam Archilochi carmina adnumerat L. XIV. p. 939. A. Ἔτι δὲ (pro ἐν δὲ Casaub.) τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὀμήρου ἐπικιχλιδῶν τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου ποιήσεως τῶν ἑχσταίτινος τῶν παθῶν κ. τ. λ.

b) Iulian. in fragm. p. 300. C. Ἐξελχτέα τοίνυν ἐς ἡμῖν πάντα τὰ ἐπαχθῆ σκώμματα, πᾶσα δὲ ἀσελγῆς ὁμιλία, καὶ ὅπως εἰδέναι ἔχης, ὁ θούλομαι φράζειν, ἐρωτύμος τις μήτε Ἀρχιλόχον ἀναγγινωσκέτω, μήτε Ἰππῶνακτα, μήτε ἄλλον τινὰ τῶν τοιαύτα γραφόντων.

c) Valer. Max. L. V. c. 3. Lacedaemonii libros Archilochi e civitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenii prodesset. Itaque maximum poetam aut certe summo proximum, quia domum sibi invisam maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt.

d) Diogen. Laert, L, IX. c. 1. in Heraclit. Τόν τε Όμηρον έφασκεν άξιον είναι εκ των άγώνων εκβάλλεσθαι και ραπίζεσθαι, και Αρχίλοχον όμοίως.

§. XVIII.

Archilochus in bello occubuit, a) quod cum Naxiis gestum esse videtur. b) Sed in quod tempus mors eius inciderit, certo definiri non potest. Pone autem, Archilochum, dum in Thasum emigrabat Olymp. XVIII, fuisse adolescentem viginti et aliquot annorum et vixisse usque ad Olymp. XXIX, intra annum sexagesimum et septuagesimum de vita decesserit. c) Quae quidem aetas nihil habet a fide alienum; verum cum Archilochus bello mortem obierit, provectae autem aetatis homines a munere bellico immunes fuerint, sumendum esset, eum vel in expugnatione urbis, vel subita incursione hostium occidisse, vel etiam urgente necessitate civitatis πανδημει exivisse (ut apud veteres fieri solitum), quae et iuvenes et senes in arma vocabat. d) Interfector eius Callondes, genere Naxius, cognomine Corax, vocabatur, ut Plutarchus refert. e) Eusebio tamen Archias dicitur. f) Quem deinde, cum Delphos veniret oraculum consulturus, Pythia increpuit, temploque egredi iussit his verbis:

Μουσάων Δεράποντα κατέκτανες: έξιθι νηοϋ. g)

Sed usus deinde precibus et excusatione, id iure belli factum esse, iussus est ab oraculo ad habitationem Tettigis se conferre, ibique animam Archilochi placare. h) Hic

autem locus erat Taenarus, quo Tettix Cretensis appu-
lisse fertur cum classe, ac urbe condita, habitasse pone
Psychopompeum sive locum animis deducendis et evo-
candis sacrum. Sepulchrum Archilochi ad litus maris
positum fuisse in epigrammate Anthologiae indicatur. i)

a) Vid. deinceps e. f)

b) Naxius enim fuit eius interfector. vid. f).

c) Vid. supra §. IV.

d) Aeschyl. Ἐπτ. ε. Θ. γ. 10. Lys. Ἐπιταφ. Thucyd. Iustin.
L. V. 6, 3.

e) Heraclid. de Politiis p. 18. Ἀρχιλόχον τὸν ποιητὴν Κόραξ
ὄνομα ἔκτεινε, πρὸς ὃν φασιν εἶπεῖν τὴν Πυθίαν, ἔξιθι νηοῦ. τοῦτον
δὲ εἶπεῖν· ἀλλὰ καθαρὸς εἰμὶ, ἄναξ. ἐν χειρῶν γὰρ νόμῳ ἔκτεινα.
Plutarch. T. VIII. p. 219. seqq. Ἄχρι τοῦ πολλά τοιαῦτα προ-
θεσπίζεσθαι καὶ καθ' ἡμᾶς, οἷα τῷ Κόρακι τῷ Ναξίῳ χρησθῆναι λέγου-
σιν, οὐχ ὅσιόν ἐστι τῆς ψυχῆς καταγῶνας θάνατον. καὶ ὁ Πατροκλέ-
ας, τί δ' ἦν, εἶπε, τὸ χρησθέν; ἢ τίς ὁ Κόραξ οὗτος; ὡς ἐμοὶ καὶ
τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὀνομαζόμενον ξένον. οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' αἷτις
ἐγὼ, παρωνύμιον χρησάμενος ἀντὶ τοῦ ὀνόματος· ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν
μάχῃ τὸν Ἀρχιλόχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, ὡς εἴκειν, ἦν δ' αὐτῷ Κό-
ραξ ἐπώνυμον. ἐκβλήθεις δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἐερόν
ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνηρηκῶς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισὶ καὶ προτρο-
παῖς μετὰ δικαιολογίας, ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος
οἴκησιν ἰλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχὴν. τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος.
ἐκεῖ γὰρ φασιν ἐλθόντα μετὰ ρόλου Τέττιγα τὸν Κρήτα πόλιν κτίσαι καὶ
κατοικῆσαι παρὰ τὸ ψυχοπομπεῖον.

f) Eusebius Praeparat. evang. L. V. c. 33. p. 228.

Οὐκ ἀπεικώτως ἄρα σοὶ καὶ Μουσῶν θεράπων ἔδοξεν εἶναι (Ἀρχιλόχος),
καὶ ὁ φονεὺς αὐτοῦ οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς πρὸς ὑμᾶς τοῦ θεοῦ εἰσόδου,
οὐδὲ τῆς παρ' ὑμῶν φωνῆς, ἄνδρα φονεὴ ὄντα ἀποκτείνας· οὐκ οὖν
ἀδικὸς ἢ πρὸς Ἀρχίαν ἀπειλή, οὐδ' ἄκαιρος ἢ Πυθίᾳ τιμωροῦσα
τῷ Ἀρχιλόχῳ τῷ παλαιῷ νεκρῷ, καὶ κελεύσασα ἐξιέναι τοῦ ναοῦ τὸν
ἐναγῆ· Μουσῶν γὰρ ἀπέκτεινε θεράποντα.

g) Galenus Προτροπε π. 1. 'Ο δ' αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ τὸν Ἀρχίλοχον τεθνεῶτα φαίνεται τιμῶν οὐ τὰ μέτρια, τὸν γοῦν φονεῖα βυλόμενον εἰσελθεῖν εἰς τὸν νεῶν αὐτοῦ, διεκώλυεν εἰπὼν * Μουσαίων θεράποντα κ. ε. ν. Aristides T. II. p. 297. Οὐδέ γε — τὸν ἀποκτείναντα Ἀρχίλοχον, ὅς τὸ πάντων ἕξοχον καὶ δυσχερέστερον εἶδος τῆς ποιήσεως μετεχειρίζετο, τοὺς ἰάμβους, (ὁ Ἀπόλλων) ἐξεῖργεν ἀν τοῦ νεῶ φάσκων οὐκ εἶναι καθαρὸν* (καὶ) ταῦτ' ἐν πολέμῳ τοῦ φόνου συμβάντος. ἀλλ' ἔμοις ἐτίμησε τὸν Ἀρχίλοχον, καὶ Μουσαίων θεράποντα προσεῖπεν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων διάκονεν οὐδενός. Vide Suidam v. Ἀρχίλοχος, qui sua ex his auctoribus, praesertim ex Plutarcho petiisse videtur. Cf. etiam supra Origen. contra Celsum §. XVI. c.) et Dion. Chrys. §. VIII. e). Plinius L. VII. c. 29. §. 30. Archilochi poetae interfectores (leg. interfectorem) Apollo arguit Delphis. — Et ex hoc Solinus C. I p. 9. Percussores poetae Apollo prodidit et latronum facinus deo coarguente detectum.

Notat Salmas. Exercit. Plinian. p. 38. hic et in Plinio ex eruditorum sententia potius interfectorem et percussorem legendum esse; verba Solini vero non tam fato Archilochi, quam poetae Ibyci convenire. Sed talia peccata in Solino plura occurrere notum est. Exempla aliorum, quos Pythia insigni scelere contaminatos ex templo exire iussit; vide apud Aelian. V. H. L. III. C. 43, 44.

h) Vid not. e. Item Orphei Argonaut. v. 41 et ibi notam Eschenbachii. Apollon. Rhod. L. I. 101.

i) Vide epigramm. ex Anthol. V.

§. XIX.

Scripta Archilochi, in quibus praecipue ionica dialecto usus est, a) sequentia ab auctoribus memorantur:

- 1) Iambi sive trimetri iambici. b)
- 2) Tetrametri varii, ut videtur, generis, c)
- 3) Elegiae. d)
- 4) Epodi: e)

5) Hymnus in Herculem f) et forte etiam in Cererem; quo in Paro vicit. g)

6) Iobacchi. h)

7) Epigrammata. i)

Fabulas autem, quarum saepe mentio apud auctores fit; Archilochus ut proprium opus non scripsit, sed eas tantum ornatus et delectationis causa carminibus intexuit. k) Athenaeus etiam citat Archilochum ἐν Τηλέφῳ, l) ac si drama, quod nomen hoc prae se fert, scripsisset; sed ostendit Ruhnkenius, Δεινόλοχος ibi legendum esse. m) Praeterea habet Nicephorus, u) Archilochum versu heroicō res suas scripsisse. Verum videtur is vel memoria deceptus, vel ex Aeliano aut Synesio non recte intellecto id duxisse, qui scribunt, Archilochum saepe rerum suarum mentionem in carminibus fecisse, non autem proprium de iis carmen composuisse. o)

a) *Vetus Grammat. in Hortis Adonid. Phavorini* p. 241. a) Ἡ ἰὰς διάλεκτός ἐστι τῆ παλαιᾷ Ἀττικῇ (fort. ἡ αὐτῇ vel ὁμοίᾳ). ταύτῃ δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ Ὀμηρός τε καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχιλόχος κέχρηται καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἡρόδοτος.

b) *Herodot. L. I. c. 12. Harpocrat. v. καλίνσκιος, Eustath. T. I. p. 518. vide fragm. trimetrorum.*

c) *Athenae. L. X. p. 415. D. Hephæst. p. 27. Hermogenes L. II. de form. Orationis: πλεονάζειν μέντοι πάντως ἐνταῦθα (in genere concitato dicendi) τοὺς τροχαίους καὶ τὰς τροχαϊκὰς συζυγίας προσήκει, καὶ τούτου γε τεκμήρια ἐνάργῃ πολλὰ καὶ τὰς τραγωδίας, ἐνθα ἐπείγεσθαι ὁ λέγων δοκεῖ τροχαϊκῶς συντεθέντα, καὶ παρὰ Μενάνδρῳ. ὁ δὲ Ἀρχιλόχος αὐτὸ καὶ σαφέστερον ἐποίησε καὶ γοργότερον. οἱ γὰρ τετράμετροι αὐτῷ διὰ τοῦτ' οἶμαι καὶ γοργότεροι καὶ λογοειδέστεροι τῶν ἄλλων εἶναι δοκοῦσι, διότι τροχαϊκῶς σύγκεινται. τρέχει γὰρ ὡς ὄντως ἐν τούτοις ὁ ῥυθμός. Vid. fragm. tetrametrorum.*

d) *Athenae. L. XI. p. 483. D. et XIV. 627. C. vide fragm. elegiarum.*

c) Hephaest. p. 22. et 70. Stephan. Byz. v. Πάρος. Diomed. L. III. 482. Zenob. C. V. 68. vide fragm. epodorum.

f) Pindar. Olymp. 9. v. 1. et ibi schol. item schol. Aristophan. Avib. v. 1762. Tzetzes. chil. I. v. 685. vid. fragm. hymni.

g) Scholiast. Aristophan. l. c. dum ex hymno in Herculem illud τήνελλα explicat, addit: δοκεῖ δὲ πρῶτος Ἀρχίλοχος ἐν Πάρῳ νικήσας τὸν Δίμητρος ὕμνον ἑαυτῷ τοῦτο ἐπιπεφωνηκέναι. vide fragm. 78. iobacch. et. 113.

h) Hephaest. p. 55. Steph. Byzant. v. Βέχειρ. vide fragm. iobacchor. 78.

i) Vide auctores in fragmentis epodorum, in quibus fabulas adhibuit. Theon in Progymnasm. e. 3. p. 29. Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται (οἱ μῦθοι) ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἰσωπος πρῶτος εὕρητης τῶν μύθων ἐγένετο. Ὀμηρὸς γὰρ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγενοῦτες αὐτοῦ, φαίνονται ἐπιστάμενοι κ. τ. λ.

k) Iulian. Orat. VII. p. 207. b. Ὁ δὲ μετὰ τοῦτον (Ἡσίοδον) Ἀρχίλοχος, ὥσπερ ἠδυσμά τι περιθεῖς τῇ ποιήσει, μύθοις ὀλιγάκις ἐχρήσατο, ὁρῶν ὡς εἰκόσ, τὴν μὲν ὑπόθεσιν, τὴν μετῆρει, τῆς τοιαύτης ψυχάγωγίας ἐνδεῶς ἔχουσαν. σαφῶς δὲ ἐγνωκώς, ὅτι κερδομένη μύθου ποίησις ἐποποιία μόνον ἐστὶ (ἐξέρηται δὲ ὡς ἂν εἴποι τις, ἑαυτῆς· οὐ γὰρ ἔτι λείπεται ποίησις) ἠδύσματα ταῦτα παρὰ τῆς ποιητικῆς Μούσης ἐδρέψατο καὶ παρέθηκε, καὶ αὐτὸς τούτου χάριν, ὅπως μὴ σὺλλογράφος, ἀλλὰ ποιητῆς νομισθεῖη.

l) Athenae. L. III. p. 111. C. vide fragm. 183.

m) Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 15. p. 20. vide prius fragm.

n) Nicephorus in schol. ad Synes. de Insomn. vid. §. I. not. a.

o) Aelian. vid. §. I. not. m. et §. VI. not. b. Synesius de Insomn. p. 156. Εἰναίτινας, οἱ δύνανται λέγειν, οὐκ ἔχοντες, ὅ, τε δεῖ λέγειν, δεῖον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὥσπερ Ἀλκαῖός τε καὶ Ἀρχίλοχος, ὅ, δεδαπανήκασιν τὴν εὐσομίαν εἰς οἰκεῖον βίον ἑκάτερος. καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην, ὣν τε ἤλγησαν, ὣν τε ἤσθησαν.

§. XX.

Archilochum vero fuisse historicum, a) nullis argumentis evinci potest. Non enim ullius veteris hac in re

fides vel testimonium suffragatur. Neque id nos movere debet, quod Hieronymus b) in Chronico Eusebiano ad annum 909 adfert, dum de Homeri aetate agit, quem quidam modico antequam Olympiades inciperent, id est CCCC retro annis a Troiana captivitate fuisse putant; Archilochum vero vicesimam tertiam Olympiadem et quingentesimum Troianae eversionis annum supputare. Male enim haec ex graeco, quod in Syncello exstat, κατὰ Ἀρχιλόχου reddita sunt, quasi iuxta rationem seu sententiam Archilochi, sed vertendum erat aetate vel circa aetatem Archilochi. c) Hinc iam dudum Annii Viterbiensis d) a doctis explosus est, qui praeter alia, quae veteribus supposuit, scripta et edidit, etiam id in Archilochi infelici omine et successu expertus est, librumque de temporibus conflagavit, et sub nomine eius in lucem protulit, vel certe misere se decipi passus est, dum scriptum ab aliis acceptum et apparentibus κισθηλίας notis se manifestans pro genuino Archilochi foetu habuit et edidit.

a) Vossius. de Historic. Graecis C. I. p. 5, *Härtmann's allgemeine Geschichte der Poesie. Einleitung, Seite 45, 46; Anmerk.*

b) Chronic. Euseb. p. 79.

c) Syncell. Chronograph. p. 180, 181. vid. §. II. h). Neque etiam ex verbis scholiastae Apollonii (vid. fragm. 155) neque Malalae (fragm. 137.) colligi potest, Archilochum historiam scripsisse, quorum ille fabulam de pugna Herculis cum Acheloo narrans Archilochum ait ἱστορεῖν; hic vero in chronico historiam Lyncei exponens scribit, eum hanc συγγραψασθαι. Nam illa loquendi ratione veteres etiam de poetis, dum historiam aut fabulam carmine tractant, aut ei intexunt, uti solere notum est. Sic idem Scholiast. alio loco Πίνδαρος ἱστορεῖ. Plutarch. T. X. p. 664. Ἀλκαῖος ἐν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ, et sic alii saepius. Deinde συγγραφή, συγγραφεύς, συγ-

γράφειν de historicis quidem praecipue dicitur; sed quis nescit, genuinam verborum vim et usum iam degeneravisse aetate Malalae, qui locum de Lynceo, quem forte in veteri Grammatico invenerit, per συνγράφαιτο extulit, in quo ille ἱστορίαις usus fortasse fuerit, ut scholiast. Apollonii. Scripta Archilochi certe aetate Malalae iam diu erant deperdita, neque ipsa illa eius carmina legi ab eo poterant: multo minus historia quaedam Archilochi, cuius nemo veterum mentionem facit.

d) V. Fabricii Bibl. Lat. T. I. p. 877. ed. Hamb. a. 1721.

§. XXI.

Archilochi vero alii, quos in auctoribus invenire est, vel ficti sunt, vel ad rem litterariam non spectant. Sic Archilochus Sículus ab Abulpharagio dicitur rhetor ille, a quo proverbium est: Κακοῦ κόρακος κακὸν ὄν. Sed recte monet Reiskius, a) Coracem Archilochi percussorem cum Corace magistro Protagorae confusum, et huic tandem male nomen Archilochi tributum esse. Archilochi Siculi etiam Solinus mentionem facit, qui Ariciam condidit. b) Verum locus doctis suspectus est, et lectio non satis sana videtur. Lexicographi quidam c) Archilochum faciunt Lacedaemonium, viventem Romae regnante Tull. Hostilio. Sed hic ex loco Corn. Nepotis et Valer. Maximi male intellecto enatus esse videtur. d) In Homero Archilochus Antenorís filius est, qui ab Aiace iaculo interficitur. e) In Darete Phygio occurrit Archilochus ex Thracia dux et Priami auxiliator; f) alius ibidem hoc nomine ex Graecis ab Hectore post biennium obsidionis in praelio interficitur. g) Archilochus Corcyraeus Olymp. 59. in ludis Olympicis stadio vicit. Archilochum etiam scribentem Terpandro fingit Aristænetus de domina ancillam ad artem lenoniam instituyente. i) Apud Plautum Asinar. Act. I Sc. 1. nomen est argentarii. k)

- a) Plutarch. T. X. p. 220. ubi vide not. Reiskii.
- b) Solin. C. VIII. §. 157. Notum est a Philoctete Petiliam constitutam — — Ariciam ab Archilocho Siculo. Ad quem locum vide Salmas. Exercit. Plin. p. 48. b. B. Verum quid de inconstantia Solini dicamus, qui ipse paulo post: „Deinde constituta ab Ascanio Alba Longa, Fidenae, Aricia, Nola a Tyriis, ab Euboensibus Cumae.“ Alii auctores tradunt ab Hippolyto, Thesei filio, Ariciam esse conditam.
- c) Calepin. Stephan. Hoffmann.
- d) Vid. supra §. II. i) §. XVII. c).
- e) Homer. II. β 823. μ. 100. ξ 464.
- f) Dares Phryg. Cap. XVII.
- g) Idem cap. XX. ubi tamen Heynius ex veteribus editt. et Msc. restituit Ἀρχέλοχος.
- h) Iul. African. in chron. Euseb. a Scaligero ed.
- i) Vide fragm. 192.
- k) „Apud Archilochum ego ero argentarium. D. Nempe in foro.“ ubi tamen alii Archibulum habent.

§. XXII.

Fragmenta Archilochi non dum seorsum neque integra nec cum veterum de poeta testimoniis edita sunt; pars tamen eorum minor maiore collecta et inter alia carmina vulgata, ab Henric. Stephano inter poetas lyricos p. 376, 426, 459. In Frobeniana collectione Sententiarum Basileae; in corpore Poetarum Graecorum tragic. comic. lyricorum, epigramm. P. II p. 134. 1614. Colon. Allobrog. A clarissimo Brunck in Analect. veter. poetarum T. I. p. 4. et T. III. p. 6. et 236. lectionum, quae deinde doctiss. Jacobs in commentariis ad haec Analecta egregie illustravit et auxit. Novissime tandem inter Poetas minores Graecos a Thom. Gaisford Oxonii 1814. vol. I p. 281. E recentioribus de Archilocho egerunt L. Gyraldus historia Poetarum p. 956. Corsinus in Fast. Attic. T. III. p. 31. Gherard. Gualterus

ad Inscriptiones Siculas T. VI. antiquae Siciliae p. 392
Eduard. Simson in Chronic. ad ann. 3305. Fabricius
Biblioth. Graec. ex edit. Harlesii T. II. p. 107. Bailius
p. 296 B. Sevin in Commentariis Academiae Inscript.
Paris. T. X. p. 36. et seq. anni 1736. Burette ibid. p.
238, ubi tractatum Plutarchi de Musica explicat. Meur-
sius in Biblioth. Graec. p. 1242. Saxius in Onomast. I.
p. 14. Voss Institut. Poet. L. III. 18. Acerra philolog.
Hallens. IV. p. 189. seq. Huch über die Verdienste des
Archilochus um die Satyre 1781. Sulzer im Artikel Ar-
chilochus mit Zusätzen von Blankenburg.

AUCTORES

EX QUIBUS HAEC ARCHILOCHI FRAGMENTA ET
DE EO TESTIMONIA VETERUM DEPROMTA
SUNT.

A.

Aeliani Var. Histor. curante H. Lederline. Argentor. 1713. 8.

Ammonius de adfinium vocabulorum differentia, edente Frid. Ammon. 1787. 8.

Ammonii Hermiae Commentaria in quinque voces Porphyrii. Venet. 1545. 8.

Analecta Veterum Poetarum à Brunckio edita.

Apollonii Sophistae Lexicon edente Tollio. L. B. 1788. 8.

Apostolius. Lugd. Bat. 1619.

Aristaenetus edente Abresch.

Aristophanes.

Aristides ex edit. Iebb. Oxon. 1722.

Aristoteles.

Athenaei Dipnosophist. cum commentar. Casauboni.

Atilius Fortunatianus inter veteres Grammaticos Putschii.

B.

Basilii in orat. de legendis ethnicis, ed. Sturz. Gerae. 1791. 8.

G.

Censorinus — ex edit. Haverkamp. L. B. 1767. 8.

Cicero.

Clemens Alex. edente Pottero.

Cyrillus ex edit. Ez. Spanheim.

D.

Demetrius de Elocutione, ed. Schneider.

Dio Chrysost. ex edit. Morelli. Lutet. 1604. fol.

Diogenes Laert. edit. Lipsiensis. 1759. 8.

Diogenianus ed. Schotto.

Diomedes inter veteres Grammaticos Putschii.

Dionysius Halicarnassensis.

E.

Erotiani Lexicon Graecum in operib. Hippocratis.

Etymologicum magnum. edit. Venet. 1549.

Eudociae Violetum ed. Villois.

Eusebii Praeparat. Evang. edit. Parisiensis.

Eustathius ad Dionys. Periegetem, edit. Oxoniensis.

— — ad Homerum, edit. Romana. T. III. fol.

F.

Firmicus (Iulius) Astronomicon L. VI. edit. Basileensis. 1551.

Fortunatianus — vide Atilius.

G.

Galenus — editio Basileensis. 1538. Tomi. V.

Gellius (Aul.) Noctes Atticae.

H.

Harpocraton.

Hephaestionis Enchiridion edit. Paris. 1553. 4.

Heraclidis Allegoriae Homericæ ex edit. Schow.

Heraclides de Politicis edente Nic. Cragio ad calcem de Republic. Lacedaem. 1693.

Hermogenes de formis orationis edente Laurentio. Colon. Allobrog. 1614. 8.

Hermogenis Progymnasmata in Biblioth. veteris litteraturæ et artis. Vol. III, P. 4.

Herodotus.

Hesychius.

Horatius.

I.

Isidori Origines.

Iulianus Imperator edente Spanheim. 1694. fol.

L.

Longinus edente Moro.

Lucianus ex edit. Hemsterhus.

M.

Macrobius edente Camerario.

Basileae.

Malalæ chronicon.

S. Maximus, edit. Parisiens 1675.

Maximus Tyrius, edente Reiskio.

Moschi Idyllia.

N.

Nicephorus in scholiis ad Synesium.

Nicetae Choniatae Historia Byzantin.

O.

Origenes contra Celsum, edit. Parisien.

Orion Theban. Grammaticus, teste Hemsterhusio in auctario ad Hesych.

Ovidius.

P.

Pausanias edente Sylburgio.

Philostratus ex edit. Olearii.

Photii Bibliotheca.

Photii Lexicon ab Hermanno editum.

Plato edit. Bipont.

Plinius Harduini.

Plotius Grammaticus inter veter. Grammat. Putschii.

Plutarchus ex edit. Reiskii.

Pollux ex edit. Hemsterhusii.

Priscianus in Praeexercitationibus.

Proclus in Hesiodum.


— — in Chrestomathia apud Photium.

Prosodiae auctor ab Hermanno cum libro de emendanda rati-

- one graecae grammaticae editus.
- Q.
- Quinctiliani Institut. Oratoriae.
- R.
- Rufinus inter veteres Grammat. Putschii.
- S.
- Scholiastes Aeschyli.
- — Aphthonii.
- — Apollonii. Rhodii.
- — Arati.
- — Aristophanis.
- — Euripidis.
- — Hephaestionis.
- — Hermogenis.
- — Hesiodi.
- — Homeri.
- — a Villoison. editi.
- — Horatii.
- — Nicandri.
- — Pindari.
- — Platonis.
- — Sophoclis.
- — Theocriti.
- Sextus Empiricus edent. Fabricio.
- Siceliota (Ioann.) in Commentar. Ms. in Hermogen. teste Valckenario.
- Stephanus Byzant. edent. de Pinedo.
- Stobaeus — Sermones ex edit. Gesneri, Basileae apud Oporin.
- — Eclogae Physicae edent. Heeren.
- Strabo.
- Suidas.
- Syncellus ex edit. Coari.
- Synesius. edent. Petavio.
- T.
- Tatianus λόγος πρὸς Ἕλληνας.
- Terentianus. inter veteres Grammaticos Putschii.
- Themistius ex edit. Harduini.
- Theocritus edent. Reiskio.
- Theon in Progymnasmatis.
- Theophilus πρὸς Αὐτολόκον. a Christoph. Wolfio.
- Tzetzes ad Lycophr. edit. Potter.
- — in Chiliad.
- V.
- Valerius Maximus.
- Vellei. Paterculus.
- M. Victorinus inter veteres Grammat. Putschii.
- Z.
- Zenobius, editio Schott. Antwerp. 1612.
- Zonarae Lexicon a Titmanne editum.

A R C H I L O C H I

R E L I Q U I A E.



TRIMETRO RUM
FRAGMENTA.

I.

Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ,
ᾧ οὔτε τίμον εἰσένεγκας, οὔδ' ἔμην
κλιθεὶς ἐσῆλθες, οἷα δὴ φίλος· ἀλλὰ σε
Γαστήρ νόου τε καὶ φρένας παρήγαγεν
Ἐς ἀναιδίην.

Multum meraci praeterea vini bibens
Nec symbola data, nec ut amicus solet
Aderas vocatus; verum ad impudentiam
Animumque transversum egit et mentem gula.

(Jacobs Animadv. in Anthol. V. I. P. I. p. 148.)

Athenaeus L. I. p. 8. A B. Locum hunc Casaubo-
nus ex Turnebi sententia correxit et ad trimetros revoca-
vit; Porson Adverss. p. 39. seq. Lips. ad tetrametros
trochaicos:

- - Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ,
Ἐσθίων θ', ᾧ οὔτε τίμον οὔτιν' εἰσενήνοχας.

Οὔτε μὴν κληθεῖς ἐς ἡμᾶς ἤλθετε, οἷα δὴ φίλος.

Ἄλλὰ σ' ἡ γαστήρ νοοῦντε καὶ φρένας παρήγαγεν

Εἰς ἀναιδίαν. Sed apparet hic addita et mutata esse, quae metrum quidem, sed libri non suggerunt. Ali- ter doctiss. Jacobs l. c. hos versus restituere conatus est, ita ut trimetri iambici hypercatalecti inde prodirent, quam tamen emendationem Animadv. Vol. III. P. III. 388. ipse improbat.

Χαλίκρατον μέθυ. „Temetum vino temperatum, id est, meracum, inquit Casaubonus l. c. Χάλιν poetae vinum vocant, et veteres Athenienses sic τὸν ἄκρατον vocasse scribit Apollonii interpres. (ad L. I. 473) Πῖνε χαλίκρατον λόρον μέθυ.“ Hesych. Χαλίκρατον. εὐκρατον, ἄκρατον. Suidas v. χάλις et χαλίκρατος. Χάλις autem vi- num est dictum, ut Etymol. v. χαλίφρων ait, παρὰ τὸ χαλᾶν καὶ ἀνιέναι ἀραρυίας τὰς φρένας.

Μέθυ, ὦν. Ex emend. Casaub. pro μεθύων in Athe- naeo. ὦν vero ad plura, quae praecesserunt, referen- dum, forte

Πολλὰ μὲν φαγῶν,

Πολλὸν δὲ πίνων κ. χ. μ. nam haec saepe conjuncta invenias. Athenae L. X. 415. de Timocreonte Rhodio: Πολλὰ πινῶν καὶ πολλὰ φαγῶν. κτλ. et L. I. 3. F. Anti- phanes: Τοῦ μὲν πειεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰς ἡδονὰς

Ἔχομεν ὁμοίας. Analect. T. III. epigr. 638. p. 286. Βαιὰ φαγῶν καὶ βαιὰ πινῶν καὶ πολλὰ νοσήσας

Ὅψέ μὲν, ἀλλ' ἔθανον.

Οὔτε τίμον. in Athenaeo τίμον unde Casaub. τι- μὴν fecit. Sed scribendum τιμὸν vel τίμον. Oxytonum occurrit apud Aeschylum Choeph. v. 913. Ποῦ δῆθ' ὁ τιμὸς, ὄντιν' ἀντεδεξάμην. τιμὸν et τιμὴν vero idem esse ostendit Verheyk ad Antoni. Liberal. C. XVII. p. 118. Eustathius properispomenon esse vult II. σ. T. II. p. 1148, 36. Ἀγαθὸς πρὸς ἀγαθοῦς ἀνδρας ἐσιασόμενος ἤκον, μὴ

τινα τιμον εισευεγκων κατ' Αρχιλοχου, αλλα δηλου-
 οτι ασυμβολου δειπνου ευρων· και εστιν ο τιμος κατα το ωνη,
 ωνος, χολη, χολος.

Ουτε τιμον εισενεγκας, ουδε μην κληθεις
 εσηλθεις. Casaub. εισενεγκας, quod metro repugnat.
 Schweighaens. εισενεγκας. — εδε μην κληθεις. Conviva-
 rum alii erant κλητοι, alii ab his adducti, επελητοι, alii ακλη-
 τοι vel αυτεκλητοι, invocati, qui sponte sua veniebant, quod
 erat omnium turpissimum. Plutarch. Sympos. L. VII, 5. T.
 VIII p. 824. Θαυμάσαιμι δ' αν, ει χαριεις ανηρ επικλητος α-
 φεικτο, μαλλον δ' ακλητος. Macrobian. Saturn. L. I. c. 7. Sponte
 irruere in convivium aliis praeparatum nec ab Homero si-
 ne nota vel in fratre memoratum. Hujus vitii Archilo-
 chus etiam Periclem quemdam incusat Athenae. L. I. 7.
 F. qui locus forte an huc referendus sit vid. fragm.
 CXXVI. Ceterum scurrae, meretrices et parasiti invo-
 cati et ασυμβολοι ad epulas accedere solebant; sic in Sym-
 pos. Xenophontis scurra Philippus invocatus adest. De
 parasitis et meretricibus vid. Alciphron. L. III. ep. 66. Plaut.
 Captiv. A. I. sc. I. His adde Cynicos. Athenae. L. IV.
 164. E.

— — — — — 'Αλλά σε

V. 3. 4. Γας υρ νοου τε και φρενας παρηγα-
 γευ. — νοου τε pro νουν τε a Casaubono correctum. σε
 νοου τε και φρενας. Graeci non raro duos eisdem
 casus in eadem sententia conjungunt, quorum alter ple-
 rumque ab ellipsi praepositionis pendet. Aeschyl. Agam.
 181. Ζηνα δε τις προφρονως επινικια κλαζων Cf. cl.
 Schützium in not. p. 17. T. II. Aristarch. L. I. ep. 10.
 Και τους κλαδους απλωσ ο ποθος κομης υμας και α-
 γλαιας (ουκ) εψιλου. i. e. κατα τους κλαδους. Sic et duos
 genitivos et dativos consociant. Eurip. Androm. 362,
 Theognis. v. 19.

Παρηγαγευ. Sophocle. Oed. Tyr. 974. Εγω τω
 φρω παρηγομην. Homerus παρεξαγειν eodem sensu utitur

Π. κ. ν. 391, ubi cf. Heyn. Observ. T. II. p. 8. seq.

Ἔς ἀναιδίην. pro ἀναιδείην a Casaub. emendatum; anapaestus in sede impari, quem Hephaestio p. 15. iambographis etiam in pari, licet rarius, concedit. Poetas vero saepe ει in ι, ut in ἀναΐδεια, mutare ostendit Valckenar. pluribus exemplis ad Phoen. v. 147. p. 497. De vitii hujus turpitudine Eurip. Med. 471.

Ἄλλ' ἡ μέγιστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων
Πατῶν ἀναΐδεια.

Egregie Alexis mala, quorum causa γαστήρ, venter siue gula est, describit apud Athenae. L. X. 422. (ex emend. Jacobs.)

— — — Μάθεις δ' ἄν, οἷον ἀνθρώποις κακὸν
Ἔσιν ἡ γαστήρ, διδάσκει δ' οἷ', ἀναγκάζει δ' ἕσα
Ἐἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
Οὐδ' ἄν ἀδικοῖτ' οὐδέν οὐδεὶς, οὔτ' ἄν ὑβρίζοιθ' ἔχων.
Νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεσθαι τὰ δυσχεροῦ.

II.

Οὔ μοι τὰ Γύγῳ τοῦ πολυχρύσου μέλει,
οὐδ' εἶλέ πᾶ με ζῆλος, οὐδ' ἀγαίομαι
Θεῶν ἔργα· μεγάλης δ' οὐκ ἔρῳ τυραννίδος.
Ἀπόπροθεν γάρ ἐσιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν.

Auro potentis non mihi sunt Gygae opes
Curae, meum nec invidia pectus subit,
Deûmye miror opera, nec tyrannidem
Exopto magnam; haec sunt procul ab oculis meis.

(Brunck. Analect. T. I. [p. 42: fr. X. Jacobs Animadv. Vol. I. P. I. p. 115.]

Versus hos sine poetae nomine Plutarchus adfert Libr. de Tranquill. animi T. VII. p. 839. Eos vero esse Archilochi manifestum fit ex Rhetoric. Aristotelis L. III. C. 30 : Καὶ ὡς Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ — λέγοντα — καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν ἰάμβῳ, οὐ ἢ ἀρχῆ. Οὐ μοι τὰ Γύγεω. Archilocho etiam tribuit scholiastes Aeschyli Prometheus. v. 224. Τὸ δὲ τυραννίδος ὄνομα τοῖς μὲν παλαιότατοις ἄγνωστον· οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς οἶδεν αὐτὸ, καὶ πρὸ αὐτοῦ δὲ Ἀρχίλοχος λέγων· μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος. Vocem autem τυραννῆος circa tempora Archilochi in usu esse coepisse scholiastes Sophoclis in argumento Oedip. Tyr. asserit. "Ἰδίου δὲ τι πεπόνθασιν οἱ μεθ' Ὀμηρον ποιηταί, τοὺς πρὸ τῶν τρωϊκῶν βασιλεῖς τυράννους προσαγορεύοντες, ὅψέ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς Ἑλληνας διαδοθέντος κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἰππίας ὁ σοφιστὴς φησιν. Occurrit tamen haec vox in hymno in Martem, v. 5., qui sub Homeri nomine fertur. Sed satis monstratum a doctis hos hymnos partim ab aliis profectos, partim a rhapsodis interpolatos esse. Ad hunc locum referuntur etiam ea, quae Herodotus habet. L. I. c. 12. Τοῦ (Γύγου) καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπευνήσθη. Id aperte indicat Rufinus Grammaticus p. 2713. his verbis : „Idem autem (Herodotus) ait, cum de Archilocho Pario refert, qui Gygae fabulam optime complexus est, ita : Γύγεω αὐτοῦ καὶ Ἀρχίλοχος Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγνηώς ὑπέμνησεν ἰάμβῳ τριμέτρῳ. meminit autem versus ejus Herodotus, quem applicui : ὧ μῆτε Γύγεω πολυχρύσου μέλει.“ Apparet, quam male graeca a librariis habita sint, sed apparet etiam Rufinum haec non pro glossmate habuisse. Cf. Wesseling. ad Herodot. L. I. C. 12. p. 7.

V. I. Τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου. De Gyge vide Herod. l. c. Platon. de Republ. L. II. p. 211. edit.

Bipontin. Iustiu. L. I. c. 7. Regnavit is circa Olymp. XXVI. Eum fuisse πολύχρυσον satis testari possunt donaria ejus aurea argenteaque Delphos missa, de quibus Herodotus: χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν. Philostratus in Vita Apollonii L. VIII. C. 21. p. 364. "Ὁδε, ὡσπερ τοὺς Γύγας φασὶ καὶ Κροίτους ἀκλείους παρέχειν τὰς τῶν θησαυρῶν θύρας, ἐν' ἀπαντλεῖν εἶη τοῖς θεομένους, οὕτω παρῆχε τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τοῖς ἐρωτῶσι κτλ. Leonid. Tarent. Epigr. LXIX — — Κρήθων δ' ἐν χθονίοις σποδία Ὁ πρῶν καὶ Γύγη παρῖσεύμενος ὄλβον. Libanius Epist. 5c. Δεῖ δὲ τῶν Γύγου χρημάτων ἡμῖν.

V. 2. 3. Οὐδ' ἀγαίωμα Θεῶν ἔργα. Etymol. M. v. ἀγαίωμα — τίθεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ φθονεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ θαυμάζειν, quae posterior significatio est hujus loci. Cf. et Timaei Lex. v. ἄγαμαι p. 5, et ibi not. Ruhnken. Similia sunt illa Horatii Epist. I, 6, 1, ut haec etiam prae oculis habuisse videri possit:

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque quae possit facere et servare beatum,
Hunc solem et stellas et decedentia certis
Tempora momentis sunt, qui formidine nulla
Imbuti spectant; quid censes, munera terrae?
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra quid, plausus et amici dona Quiritis?

Virum igitur animi constantis et ita compositi se praedicat his versibus Archilochus, ut affectu admirationis, hujusque comitum, invidiae, cupiditatis et timoris non perturbetur, neque, si quid melius sua spe videt, defixis oculis, animo et corpore torpeat. De invidia illa, quae opes potentiamque ac nimiam rerum admirationem comitatur, pulchre Sophocles Oed. Tyr. 380.

Ἦ πλοῦτε, καὶ τυραννὶ καὶ τέχνη τέχνης

Ἰπποφέρουσα τῷ πολυζήλῳ βίῳ,

"Ὅσος παρ' ὑμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται.

Aperte hoc Archilochi carmen Anacreon imitatus est
Od. XV. (id quod etiam observat doct. Jacobs)

Οὔ μοι μέλει Γύγας
Τοῦ Σάρδεων ἀνακτος,
Οὐδ' αἰρέει με χρυσός,
Οὐδέ φθονῶ τυράννοις.

Eandem sententiam exprimit Alpheus Mitylen. Ana-
lect. T. II. p. 129.

Οὐ ζέργω βαθυλιγίους ἀρούρας,
Οὐκ ἔλδον πολύχρυσου, οἷα Γύγης.
Αὐτάρκους ἔραμαι βίου, Μακρίνε·
Τὸ Μῆ δ' ἐν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Cf. Mitscherlich ad Horat. L. I, 31. v. 3. seqq.

III.

Οὐ γάρ τι καλὸς χῶρος, οὐδ' ἐφίμερος
Οὐδ' ἐρατὸς, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοάς.

Non haecce regio pulchra, nec jucunda, nec
Amabilis, ut est ad fluenta Sirios.

(Brunck Anal. T. I. p. 44. fr. 22. Jacobs, V. I. P. I. p. 166)

Athenaeus L. XII. p. 523. Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερ-
τεθαύμακε τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν. Περὶ
γεῦν τῆς Θάσου λέγων, ὡς ἥσσονος, φησὶν· Οὐ γάρ τ. κ.
χ. κτλ.

V. 1. Οὐ γάρ τι καλὸς — Similiter Simonides Amorg.
Περὶ γυναικῶν v. 51.

Κείνη γὰρ οὔτι καλὸν οὐδ' ἐφίμερον
Πρόσεξιν οὐδέ τερπνὸν οὐδ' ἐράσμιον.

V. 2. Οὐδ' ἐρατός — dactylus in prima sede, iam-
bographis alias non usitatus, sed comicis. Hinc Herman-
nus de Metris p. 150. „Hi quidem poetae iambographi
licet iambum pedem reliquis omnibus praeferant, tamen
nec spondeum nec tribrachum respuunt, a dactylo
autem atque anapaesto plane abstinent.“ Sed Hephaestio,
ut antea dictum, iis etiam anapaestum interdum tribuit.
Hinc Schweighaeuserus ἡ ἐρατός praefert, improbante ta-
men Meineke.

V. 2. Ἀμφὶ Σίριος ῥοάς. Siris fluvius Italiae et
urbs ad eam sita non procul Metaponto. Stephan. v.
Σίρις. De nomine urbis Athenaeus l. e. Ὀνομάσθη δὲ ἢ
Σίρις, ὡς μὲν Τιμαῖος καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Με-
λανίππῃ ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος ὡς δ' Ἀρχίλοχος, ἀπὸ
ποταμοῦ. Quae vero fuerit haec femina, exponit Etymol.
M. v. Σίρις — Ὀνομάσθη ἀπὸ Σίριδος, θυγατρὸς Μόργη-
τος, τοῦ Σικελίας βασιλέως, γυναικὸς δὲ Σκυνδοῦ, ἢ ἀπὸ
Σίριδος μιᾶς τῶν Νηρηίδων, ἢ ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος αὐτῇ
ποταμοῦ. Exscripsit haec Phavorin ubi Σκίνδου scribitur.
De fluvio et urbe vide Strabon. L. VI. p. 405. A. B. Ea
et πολίειον et tandem loco et nomine mutato, Heraclea
dicta est. Stephan. Byzant. l. c. et voce πολίειον. Diodor.
Liv. L. XII. p. 51. Liv. L. VIII. C. 24. Plinius L. VIII,
15. „Similiter est inter Sirin et Acirin Heraclia, ali-
quando Siris vocata.“ Ad quae verba Harduinus notat
fluvios hos nunc temporis Sino vel Senno et Agro vocari,
et Cluverius in Introduct. in Geograph. veterem L.
III. c. 30. Heracleam nunc in vestigio ruinarum Poli-
core dici. Cl. Harlesius vero Biblioth. Graec. T. I. p.
329, not. t. Sirin sive Heracleam hodie Torre del
mare vocari. Cf. etiam Itinerarium H. Swinburnii (Rei-
sen durch beyde Sicilien — übersetzt von
Forster.) T. I. p. 37. et 344. 361. et seqq.

Siritae autem, finitimi Sybaritis, non secus ac hi
luxui ac deliciis dediti erant, ad quas ipsa locorum amoe-

nitare et fertilitate, quam Archilochus adeo miratus est, tum etiam Sybaritarum exemplo inducti sunt. Ita enim de iis Athenaeus L. XII. p. 523. Οἱ τὴν Σῆριν δὲ κατοικοῦντες, ἦν πρῶτοι κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες, ὕστερον ὑπὸ Κολοφωνίων, ὡς φησὶ Τιμαῖος καὶ Ἀριστοτέλης, εἰς τρυφὴν ἐξώκειλαν οὐχ ἥσσον Συβαριτῶν· καὶ γὰρ ἰδίως παρ' αὐτοῖς ἐπεχωρίασε φορεῖν ἀνθίνους χιτῶνας, οὓς ἐζῶν νυντο μίτραις πολυτελέσι· καὶ ἐκαλοῦντο διὰ τούτων ὑπὸ τῶν περιόικων μιτροχίτωνες, ἐπεὶ Ὀμηρος τοὺς ἀζώστους ἀμιτροχίτωνας καλεῖ.

Siris vero nomen fluvii celebre postea praecipue factum est cruenta illa pugna, qua Pyrrhus Tarentinis auxilians ad hunc fluvium Romanos ingenti clade afflixit. Flor. L. 1. c. 18 „Apud Heracleam et Campaniae fluvium Sirim Laevino consule prima pugna.“ Cf. Animadv. Jacobs V. I. P. I. p. 166, qui observat hujus nominis flumen alibi non commemorari. fuit tamen Siris etiam inter nomina Nili, ut Plinius L. V. 235. Solin. c. 44, 669. Dionys. Perieg. v. 223. de Nilo: Σῆρις ὑπ' Αἰθιοπῶν κελήσεται. item Avien. Descript. orb. 336.

IV.

Ἄναξ Ἀπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους
Πήμαινε, καὶ σφας ὄλλυ', ὥσπερ ὄλλύεις.

O Rex Apollo, tu hujus auctores rei
Onera malis, ac perde, perdere ut soles.

Macrobius Saturnal. L. I. c. 17. ubi exponens rationem notationemque, nominis Apollinis alios ait credere,

Apollinem nominatum esse ὡς ἀπολλύτα τὰ ζῶα; examinatum enim et perimit animantia, ut Euripid. in Phæth.

ὦ χρυσοφειγγὲς ἦλι', ὡς μ' ἀπώλεσας,
Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλήζει βροτός.

Item Archilochus: Ἄναξ Ἄπ. κιλ.

Sic et Aeschylus Agam. 1088. Ἀπολλων, Ἀπολλων
Ἄγειε τ' Ἀπόλλων ἐμός.

Ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόνις τὸ δεύτερον.

Quae vero Graeci de etymologia hujus nominis argutati sint, vid. in Cratyl. Platon. T. IV. p. 274. Plutarch. T. VII. p. 544. et 548, not. 21. item Macrobi. I. c. Eustath. ad Il. α. p. 11, 25. Cf. et Valckenar. ad Phoeniss. v. 25. De voce ἄναξ, honorifica Deorum compellatione agit Koeppen. in notis vernaculis ad Il. α. v. 36. et 38, Mitscherlich ad hymn. in Cererem v. 58. p. 132. Sic et ipse Archilochus in his fragmentis de Neptuno, Vulcano, Marte, Baccho et Hercule utitur. Praesertim ea in compellatione Apollinis solennis erat. Hinc poetas dithyrambicos, qui in prooemiis hac formula vulgo utebantur ἀμφιἄνακτας veteres dixerunt. Aristophan. Νεφ. 595. et schol.

Ἀπολλων — ὄλλυ', ὡσπερ ὄλλύεις. Si Archilochus, ut Macrobius sentit, originem nominis Apollinis hic respexit, sane fatendum est, eum magis sobrie ea usum esse, quam posteriores etiam praestantes poetae usi sunt, qui non raro delectantur hac nominum notatione, qua ratione originis eorum habita, vis proprietatis rei vel personae quaedam illustratur. Sic Clytaemnestra apud Aeschyl. Agam. 982.

Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει,
Μέλοισι δέ σόιτι, τῶσπερ ἄν μελλῆς τελεῖν.

Exemplo sit etiam illud Schilleri in Wilhelmo Tell Act. V. sc. II. Freyburg ist eine sichere Burg der Freyen. Verum lusus hic in verbis interdum frigidior est. Theorit. Idyll. 26. Ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ πένθημα

φέρουσι. Eurip. Orest. 1037. de Helena: Ζηνὸς γὰρ οὔσαν ζῆν νιν ἀφθιτον χρεῶν. Haec jam reprehendit Scaliger in Conjectaneis ad Varronem de latinitate p. 177. Vid. quoque Dorvill. ad Charit. L. II. c. V. p. 30, 8. et p. 85. Valckenar. ad Phoeniss. 639. not. p. 242. seq. Recte tamen doctissimus editor Aeschylī ad ἑπτα. ἐ. Θ. v. 579. not. p. 322. observat, hanc nominum notationem, cum ad eventum aliquem accommodatur, ea aetate, qua cuncta vaticinandi genera vigeant, etiam majorem vim et dignitatem habuisse. Cf. Brodaeī miscell. c. V. An boni malive quidpiam ex nominibus suis hominibus contingat.

V.

Ὅσπερ πρὸς αὐλὸν βρύτον ἢ Θρήξ ἀνὴρ
ἢ Φρυξ ἔβλυζε, κύβδ' ἦν πονευμένη.

Thrax cervisiam ubi Phryxve large ad tibiam
Potabat, aderat ea reclinem se exhibens.

(Brunck Anal. fr. 44, ex Lect p. 256. Jacobs V. I. P. I. p. 177.)

Athenaeus L. X. p. 447. Τὸν κριθινὸν οἶνον καὶ βρύτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς — — καὶ Ἀρχίλοχος ὡσπερ αὐλῶ βρύτον ἢ Θρήξ α'. ἢ. Φ. ε. κύβδ' ἦν πονευμένη. locus, ut apparet, corruptus. Casaubonus ad Athen. commentar. p. 468. postrema corrigi posse censuit: ἔβλυζε κύβδ' ἢ πονευμένη, ut Thrax vel Phryx salientem bryti ore remittit, sic sanguinem rejecit illa aegrotata femina. Κυβάδα enim ex vitioso Hesychii loco pro sanguine accepit. Scaliger, teste Jacobs, haec adscripsit: ὡσπερ γὰρ αὐλὸν — — — κύβδα γ' ἦν πονευμένη. Sed praeter-

quam quod Casauboni correctio non satisfacit metro, utraque sensum etiam nec facilem neque concinnum efficit. Quare idem vir doctissimus merito praefert lenem et elegantem emendationem Toupii in Emendat. ad Suid. p. 230, qui ostendit apud Hesych. *Κύβδα*. σχῆμα. Ἀμαθούσιοι. (cinaedis proprium) et *πωλευμένη* legendum esse. — At Schweighaeuserus Animadv. ad Athenae. T. V. p. 506. seq. ὡπερ retinendum, et *πορευμένη* pro *ποιευμένη* scribendum censet, et *κύβδα δ' ἦν* ex Ms. adsumit, ita ut *ἔβρυζε* ad eandem mulierem referatur, ad quam postrema pertinent; *βρύω* et *βλύω* autem idem valere, neque ea notione, qua vel a Sciligerō vel Toupio acceptum est, cum accusativo accipi posse ait. sensum itaque esse: Sicut bryti torrentem Thrax quidam aut Phryx, sic illa mulier vomebat (vinum) postquam conquiniscens scortata est. Ceterum videntur hi versus pars esse iambi, quo Archilochus filias Lycambae vel ipsam Neobulen laceravit.

V. 1. οὐπερ. Brunck. ὡπερ, Τουρ.

Φρὸς αὐλόν. sic et fragm. XLV. αὐτὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλόν — —, quod etiam ὑπ' αὐλοῦ (fragm. CIX. ὑπ' αὐλητῆρος) ὑπ' αὐλῶ et αὐλόν Graeci dicunt. Notat Creuz ad Hist. Gr. fragm. 64. p. 118. in hic formulis frequentissimum esse genitivum, rariorem dativum, accusativum rarissimum. Cf. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 355. De tibiis vid. Spanheim. H. in Dian. v. 245. Boettiger Attisches Museum B. I. H. 2. S. 285. Bartholin. de Tibiis veterum. L. III. Eas in conviviis et comotationibus ad animos exhilarandos adhibitas esse, notum ex auctoribus, Plat. in Protagora, Xenoph. in Symposio. Inventores earum Phryges, Hyagnis, Marsyas vel Olympus traduntur; hinc Euripides Iphig. 576 Αὐλοὶ φρύγιοι Ὀλύμπου. Unde mirum non est tibiis Phrygibus Thracibusque, a quibus illi oriundi Strab VII. p. 483. praecipue in usu fuisse. Quare Horatius Ep. IX.

Sonante mixtis tibiis carmen lyra

Hac dorium, illis barbarum.

Carmen barbarum tiliarum opponit dorio lyrae, et per illud Phrygium vel Lydium intelligit, quae harmoniae genera graeci a barbaris, Phrygibus et Lydis habuere.

Βρύτον. Contendit Schweighaeus. l. c. in βρύτον primam corripī, adeoque βρῦτον vel βρύτιον scribendum esse, licet hucusque ubique illa priori forma legatur. Hesych. βρυττον. πᾶν τὸ ἐκ τρυφῆς ποτόν. (l. κριθῆς vel τρύγης cum Trillero Observ. p. 106) item βρύτιον, πόμα ἐκ κριθῆς. Hinc etiam οἶνος κριθίνος vel ἐκ κριθῶν dicitur. Herod. L II c. 77. Aeschyl. Suppl. 966. Apud Aegyptios inventum esse Athenaeus ex Dione Academico L. I. p. 34. B. refert; Diodorus autem inventorem Osirin fuisse et ζῦθον appellatum Utebantur vero hoc potu praeter Aegyptios et hic nominatos Thraces et Phryges alii quoque populi, ut Armeni, Xenoph. Anab. L. IV, c. 5, 26. Germani. Tacit. de Mor. Germ. c. 23. Cf. quos Iacobs h. l. laudat, Triller. et Adrian. Iun. Item Kirchmayeri Dissertat. de veterum Celtarum Celia, Oelia et Zytho.

Θρήξ ἀνὴρ ἢ Φρύξ. Thraces non tantum βρύτον bibisse, sed vino imprimis deditos et ἀκρατοπότας fuisse constat. Athenaeus L. X p. 442. F. τὸ δ' εἰσι πάντες οἱ Θράκες πολυπύται· διὸ καὶ Καλλίμαχος ἔφη· Καὶ γὰρ ὁ Θρηκτικὴν μὲν ἀπέσυγε χανδὸν ἄμυσιν Ὀινοποιεῖν. et Horat. L. 1, 36 Nec multi Damalis meri Bassum Threïcia vincat amystide. Vid. Mitscherlich et L. I. 27. Hinc ἀθροῦν καὶ ἀπνευσι πιεῖν est Thraecum more bibere, quod ἀμυσιζειν dicitur. Phryges autem quis dubitet et in hoc more a gentis suae consuetudine non degenerasse? praesertim cum Phrygia vini etiam ferax ejusque cultura celebris esset, unde ἀμπελώεσσα ab Homero Il. γ. 184. vocatur.

Ἔβρουζε. Ad hoc verbum refert Sopingius Hesychii glossam ἔβρούαζεν, ἠύωχεῖτο. (Cf. Schneider. in Lex. v. βρούζω) Addit Iacobs tamen, nisi malis ἔδραψεν. Hesy. ἔκρυψεν, ἔπιεν κατέφαγεν. Iuxta meam sententiam βρούω et βρούζω idem verbum est, ut βλύω et βλύζω, βύω, βύζω μύω μύζω, φλύω φλύζω, et alia, et ea notione hic adhibitum, qua denotat plenum esse, abundare: ubicunque scilicet Thrax aut Phryx cerevisiae potu se replebat, plenus erat vel se ingurgitabat, ibi illa femina conquiniscens versari solebat. Sed cum βρούω vel βρούζω hoc sensu genitivum vel dativum adsciscat, Hom. Il. ρ. 56. Aeschyl. Agam. 117. Choeph. 67. Sophocl. Oed. Col. 15, 16 et alibi, legendum foret βρούτω vel βρούτου ἔβρουζε. Cum accusativo transitivum est, et florere vel scaterere facio notat. Anacreon od. 27. Χάριτες ῥίδα βρούουσιν. Himer. Orat. I. §. 19 Ὄραι δὲ λειμῶνας βρούουσιν. Paul. Silentiar. εἰς τὰ ἐν τοῖς Πυθίοις θερμά. v. 104. Ἄλλην λέγουσι κρήνην Βραχὺ βρούουσαν ὕδωρ. Transpositis verbis ἔβρουζεν ἢ Φρούξ est, qui scribi malit, quia in fragmentis Archilochi hoc unicum exemplum Atticae correptionis ante βρ occurrit; alterum enim fr. LXXXV esse dubiae fidei. Sed cur talis correptio, in Homero multoties occurrens, Archilochi, qui quoque Ionismum ut Homerus sequitur, non fuerit licita, causam non video. Sic in Homero Odys. α, 339, δ, 54, 187. ε, 2. et alibi ante βρούτος vocalis brevis manet, ut etiam ante θρ, κλ, πρ, φρ. quare haec transpositio non videtur necessaria. Idem observat Thrax et Phryx forte non hic proprie sed de hominibus infimi ordinis sumendum esse.

Κύβδ' ἔην. Hanc τοῦ κύβδα notionem ex Toupii emendatione, qua σχῆμα ἀφροδίσιον denotat, respicit Aristophanes Equit, 364. ubi schol. διὰ δὲ τοῦ σχήματος τὴν αἰσχύνην δείκνυσιν ἑαυτοῦ. hinc κυπτάζω simili notione: Lys. v. 17. Ἡ μὲν γὰρ περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν. Schol. κομψῶς τῇ ἀμφιβολίᾳ καὶ χαριέντως (pro χάριτες) χράται.

κατὰ καὶ Σώφρων, Ἐυθαῖδε κυπτάζουσι πλείσαι γυναῖκες,
et Ran. 428. de Clisthene: κάκῳπτέτ' ἔγκεκυφώς. Achill.
Tat. de Thersandri impudicitia. L. VIII. c. IX. Καὶ τοῖς
εἰς ταύτην αὐτῷ χρωμένοις πάντα ὑποκύπτων ἢ ὑποκλινο-
μενος. Cf. Toup Op. Crit. T. I. P. II. 257. et Moerin
v. κύβδα. Pierson, p. 6.

Πωλευμένη. ita Toup. pro πονευμένη. sed inter-
pretatur ille ac si a πωλέω vendo esset, loco ex Plu-
tarchi Solone laudato: πλήν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται,
λέγω δὲ τὰς εταίρας. exceptis meretricibus, quae propalam
venales sunt. T. I. p. 360. ed. Reisk. Sunt haec verba
ex antiqua lege Attica, quae apud Lysiam Orat. I. in
Theomnestum de meretricibus legitur: "Ὅσαι δὲ πεφασμέ-
νως πωλοῦνται, καὶ οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι
ὀφείλειν, quae verba Lysias ipse statim interpretatur: τὸ
μὲν πεφασμένως, ἐς ἴφανερῶς, πωλεῖσθαι δὲ βαδίζειν. Hoc
verbo iterum Archilochus fragm. LXXXVI utitur de fure
noctu circa urbem eunti et furandi occasione intento,
Homer. II. ε. 788. Od. i. 188.

VI.

ὦ Ζεῦ, Πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος·
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων ὄρας
Δεωργὰ κἀθέμισα, σοὶ δὲ θηρίων
Ἵβρις τε καὶ δίκη μέλει.

Ex interpret. Heerenii.

O Iupiter supreme, tu coelo imperas;
Tu cuncta facta coelitem atque hominum notas
Tumida ac nefanda; sunt ferarum etiam tibi
Curae facinora fasque.

(Brunck. Analect. I. p. 43. fr. 17. Jacobs Vol. I. P. I. p. 162.
Heeren Stobaei Ecl. T. I. p. 122.)

Versus hos Clemens Alexandr. Stromat. V. p. 725, 10. et Eusebius Praeparatione evang. XIII, 12. corruptos tamen neque integros adferunt, quorum ille l. c. sic: *Τοιαῦτα γὰρ ὁ Πάριος Ἀρχίλοχος λέγει. Σὺ δ' ἔργα ἐπ' οὐρανοῦς ὄρας λεωργά τε καὶ ἀθήμις.* ubi Potterus notat in cod. Ioann. post *οὐρανοῦς* legi *ἀνθρώπους* et *λεωργά τε καὶ ἀθήμις*. Eusebius vero: *ὦ Ζεῦ, σὺ μὲν οὐρανοῦ κρ. σὺ δ' ἔργα ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς λ. τ. καὶ ἀθήμις.* Atque sic etiam sine metro expressi sunt a Brunckio, nisi quod *καθήμις* legit. Gaisfordius secundum, ut quartum versum, dimetrum exhibet: *σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὄρας* — *Ἵβρις τε καὶ δίκη μέλει.* At Cl. Heeren in Stobaei Ecl. T. I. p. 122. hos versus e codd. correctiores et pleniores sub Aeschyli tamen nomine profert, et haec animadvertit. „Aeschylo hic locus tribuitur in cod. Vat. Aug. Escorialensi, etsi in nostris Aeschyli fabulis non amplius legatur. Eundem tamen, etsi minus integrum, ex Archilocho Pario citat Clemens Strom. V. p. 609. *Τοιαῦτα καὶ ὁ Π. Αρχ. κτλ.* ut supra. Clementis tamen auctoritatem, quippe qui haec verba, neglecta ratione metrica, ex sola memoria citavit, non magni faciendam esse quisque facile videt. Aeschylo itaque ea ex codd. auctoritate tribuenda putavi, etsi fieri quoque potuerit, ut ipse Aeschylus ea ex Archilocho adumbraverit.“

Contra quae observari potest: 1) Archilochi nomen in codd. saepe permutatum esse, ut ostendit Ruhnkenius Vellej. Paterc. L. I. c. 20. cum nominibus Dinolochi Aristophanis, Aristarchi (adde Antilochi, Amphilochi Antimachi vid. fragm. 7. 26. 162. 181. 182.) Hinc fortassis etiam factum est, ut, cum nomen Archilochi in uno illo codice Stobaei, ex quo ceteri fluxere vel obscurius vel compendio scriptum vel etiam oscitantia libra-

rīi permutatum esset, Aeschylus Archilochi locum occuparet. Accedit quod in Farnes. cod. ut Iacobs testatur, ad nomen Aeschyli additum est μή. 2) Praeter Clementem etiam Eusebius Archilochi hunc locum tribuit, quom si objicias eum ex Clemente sumpsisse, voces habet et lectiones, quae vel contrarium arguant, vel ostendant, verba Archilochi in Clemente a librariis pessime habita, non ex memoria citata esse, ut adeo mirum non sit rationem metricam concidisse.

V. 2. Ἐπ' οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων. Sic Heeren relato τὸ ἐπὶ ad ὄρας, ἐφορας; neque tamen improbat ἐπουρανίων pro θεῶν; quod vero cum otiosum videri possit, quia primo versu jam dixit Iovem imperium coeli exercere, utrique ὑπουρανίων cum ἀνθρώπων jungendum praestare censet. Forsan ex Clemente et Eusebio faciliori correctione legi possit: Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανοῦ καὶ ἀνθρώπων ὄρας. Tu opera in coelo etiam hominum vides. Sic Sophocl. Electr. v. 70. Ἔσι μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει. Apoll. Rh. L. II. v. 1179. Lucian T. III. p. 599. Ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δίκαιους τε καὶ δίκους Hinc Ζεὺς πανόπτης et πανόψιος dictus Aeschyl. Eum. 1043. Apoll. Rhod. L. II. 1126.

Ὀράς. Brunck. ῥεῖς ex Euseb. quod defendit Iacobs p. 262. l. c. significatione transitiva adhibitum, idque sententiae hujus loci unice convenire putat. „Pro ὄρας, inquit, Sylburgius conjicit ὄρης i. e. ῥέζεις. Iupiter nimirum his verbis omnium malorum fons et auctor perhibetur. Quare Clemens eos comparat cum his Orphei: Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ κακὸν θυγατρὶσι φυτεύει, Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα. Hinc apparet, ὄρας vix locum habere, nec ea quae apud Stobaeum assuta leguntur. Duo loca diversae sententiae confusa sunt vel ab ipso Stobaeo vel a librariis, in quorum altero de Iove malorum inter homines auctore, in altero de eodem male ab hominibus factorum vindice agebatur. Sententiae,

quam secundum Clementem Archilochus pronunciare voluit, unice convenit ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς i. e. effundis. Vide reliqua. Lectionem ὀρᾶς tamen judicat Herodem Atticum secutum esse, cui in consecratione Triopii Anal. T. II. p. 300. v. 2. hi versus Archilochi obversati esse videntur;

Ἡ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὀράας Ῥαμνουσιᾶς Οὔπι.

3. Λεωργά. impia, superba, vox Aeschylō solennis, inquit Heeren. Sic Prometh. Vinct. v. 5, ubi videtur notam Schützii. Sed et alii auctores ea utuntur, ut Xenoph. Memorab. 1, 3, 9. Aelian. H. A. XVI. 5. The-mist p. 314. Unde ne inferas ex usu hujus vocis hoc fragmentum ad Aeschylum referendum; immo potius Aeschylum, qui Archilochum in delectu vocum saepius secutus est, eam ab Archilochō petiisse verisimile fuerit. vid. fragm. 26. 37. 48. 51. 93.

Ibi, καὶ θ' ἐμῖσα, sic Brunck et Heeren, recte ad sensum et metrum, licet sententia concinnior videatur, si legeris λεωργὰ καὶ θεμῖσα, quo fieret, ut oppositis factis improbis et probis, ut deinceps ὕβρις et δίκη oppo-nuntur, lumen sententiae augetur.

VII.

Ἐχουσα θαλλὸν μυρρίνης ἐτέρπετο

Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος.

Recreabat animum myrteam frondem tenens

Rosaeque pulchro flore cincta. — —

(Brunck Anal. T. I. p. 46. fr. 36. Jacobs. V. I. P. 1. p. 175.)

Ammonius de Differentia vocum, ubi diversam signi-

ficationem vocis ῥόδου, rosa, ῥωδωνιά, rosetum, et ῥό-
 ὀη, frutex rosarum exponit. Primum versum habet
 etiam Etymol. M. alterum Athenaeus. Illud v. Θαλ-
 λῶ — και θαλλὸν λέγει τὸν σέφανον τὸν τῆς ἐλαίας,
 ἀλλὰ και πᾶν, ὃ θαλλεῖ. Ἀρχιλόχος. Ἔχουσα. Θ. μ.
 ετ. Athenae. L. II. p. 52. F. Πάμφιλος μὲν ἀξιοῖ ἐπὶ τοῦ
 καρποῦ βαρύνειν ὁμοίως τῷ ἀμυγδαλῶ· τὸ μῦτοι δένδρου
 θελεῖ περισπᾶν, ἀμυγδαλή και ῥοδῆ. και Αρχιλόχος. (pro
 Ἀντίλοχος ut jam a Valckenar. ad Ammon. p. 204. cor-
 rectum est) — Ῥοδῆς τ. κ. ἄνθος. Unde Eustathius
 Odys. ω. Τ. III. p. 1963, 49: οὕτω δέ φασι και ῥοδῆ
 περισπωμένως παρ' Αρχιλόχῳ, παρ' ᾧ κείται και τὸ ῥοδῆς
 καλὸν ἄνθος.

Ἔχουσα θαλλὸν μυρρίνης. Poeta loqui vide-
 tur de fronde myrtea, quae finitis Graecorum conviviis
 adferri alterique tradi ab altero solebat, ita ut qui eam
 acciperet, scolion canere deberet. De hac fronde, quae
 αἶσακος dicebatur, et de hoc more alternis canendi post
 convivium vid. Hesych. v. μυρρίνης κλάδος ἢ δαρνης et v.
 αἶσακος. Plutarch. Sympos. Libr. I. problem, α. Zenob.
 C. I, 19. ἄδειν πρὸς μυρρίνην. et Adrian. Iun. Animadv.
 L. III. p. 121 — 27. Verum cum hic de femina sermo
 sit, et conviviis Graecorum mulieres honestae non adhi-
 berentur, suspicari licet haec fortasse de Neobule a
 poeta dici, cui infamiam adspergit, eam ut feminam
 prostitutae pudicitiae in conviviis virorum versari, cum
 iis perpotare et cantare solere, sicut et fragm. V con-
 tumeliosius de ea dixisse videtur: Οὐπερ πρὸς αὐλὸν κ. λ. τ.
 De matronis, virginibus et honestis feminis ad convivia
 non admissis egregie disputat Muretus Var. Lect. L. III. c. 2.

Ἐτέρπετο. Apud Moschopulum, Phavorin. et in
 Philem. Lexic. tecnico μυρρίνης ἀφείπειο male legitur,
 ut Valckenar. l. c. observat.

Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος. De rosa quidem, quam
 cum fronde myrtea manu tenebat, intelligi potest, sed

mihī potius de corolla rosacea intelligendum videtur. Corollae enim ex rosis factae veteribus precipue in deliciis erant, ita ut eas non modo capiti imponerent, sed de collo etiam suspenderent. Plutarch. Sympos. L. III, probl. α'. p. 563, 66, 67. Horat. L. I. od. 36. 15, Neu desint epulis rosae. ubi cf. Mitscherlich in notis. De variis coronis earumque usu et nominibus v. Athenae. L. XV, 669, et seqq. Carol. Paschal. de Coronis.

VIII.

Βοῦς ἔστιν ἡμῖν ἐργάτης ἐν οἰκίῃ
Κορωνός, ἔργων ἴδρις.

Operarius bos, nec laboris inscius
Cervicis arduae est domi nobis.

Etymol. M. v. κορωνός.

V. 1. Βοῦς — ἐργάτης. Bos arator, qui magni fiebat a veteribus. Addaeus Epigramm. III. Anal. T. II. p. 241.

Ἄλλακι καὶ γήρα τετρομένον ἐργατίην βούν
Ἄλκων οὐ φονίην ἤγαγε πρὸς κοπίδα,

Αἰδέσθεις ἔργων. ubi cf. Jacobs Animadv. V. II. P. II. p. 232. Legem de bubus aratoribus non necandis memorat Varro de re rustic. L. II. c. 5. Nicol. Damascen. Thesaur. Gronov. T. VI. p. 3881, de Phrygibus: εἰάν τις παρ' αὐτοῖς γεωργικὸν βούν ἀποκτείνῃ — θανάτω ζημιούσιν.

Κορωνός, ὁ γαῦρος καὶ ὑψαύχην παρὰ τὰ κάρα κατὰ μετὰθῆσιν τοῦ α εἰς ο. Etymol. M. cui explicatoni deinceps

ipsum Archilochi locum subjicit. Hesych. κορωνός. πονηρός (l. πόνηρος) laboriosus. et alia glossa ὀρθοκέρως. Samius Anal. T. I. p. 485. Epig. I. τὸν αὐχέντα βούν vocat. Hinc etiam ὑψαυχενίζειν et κορωνιάν eodem sensu adhibentur. Cf. Jacobs Animadv. V. II. P. II. p. 184. Achilles Tatius L. II. c. 13. p. 154. βαδίζει δὲ ὁ ταῦρος ὑψαυχενῶν καὶ ὡσπερ ἐπιδεικνύμενος, ὅτε τῶν ἄλλων βοῶν ἐς βασιλεύς.

V. 2. Ἔργων ἰδρις. operum rusticorum. Cf. Heyn. T. IV. p. 391. Ἰδρις. ἔμπειρος. Hesych. Σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἰδρις. Eurip. Med. 285.

IX.

Ἀρχίλοχος τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνόμεδα παρορῶν, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀνώμαλον διέβαλε τὴν νήσον, εἰπών·

Ἦδε ὡς ὄνου ράχισ

Ἔσηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπισεφύς.

— — Illa stat, dorsum velut

Asini, et agresti cincta silva est undique

(Brunck Anal. T. I. p. 44. fr. 21. Jacobs. Vol. I. P. I. 156.)

Plutarch. de Exil. T. VIII. p. 383. Thasus insula ad Thraciam sita, quam Archilochus propter asperum et inaequale solum tantopere contempsit, admodum tamen ferax et variis rebus ad vitae usum pertinentibus nobilis fuit. Propter fertilitatem Dionys. Perieg. v. 552. Δημίτερος

ἀκτινὴν appellat. (Theocritus epigr. VIII. λιπαρὴν Θάσονα. cf. Gatterer in commentar. de Thracia P. II. p. 87. Jacobs) Etymol. M. Θάσος πόλις ἀπὸ τοῦ θάσος, ὅτι κάρπιμός ἐστιν ἡ γῆ. Vini ejus excellentis apud plures auctores mentio fit, idque praecipuis adnumeratur. Aeliān. V. H. X. c. 31. Φέρε, οἴνων Ἑλληνικῶν διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς παλαιοῖς ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν. Πράμνειόν τινα ἐκάλουσιν, (ἱερὸν δ' ἦν ἄρα τοῦτο Δήμητρος) καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσου καὶ Θάσιος ἄλλος. κτλ. Hermippus apud Athenae. L. I. 29. C.

Καὶ Θάσιον (οἶνον), τῷ δὴ μῆλων ἐπιδέδρομεν ὄσμῃ. τοῦτου ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖου ἄλυτον.

et ibid. Archestratus. Sic et Plinius adfirmat vinum Thasium inter vina transmarina in summo honore fuisse. Apulej. de Magia T. II. p. 28. Olitori et cauponi merito est concessum olus et vinum ex nobilitate soli commendare, vinum Thasium, olus Phliasium. Quam generosum fuerit, ex Hippocrate intelligitur, qui vinum Thasium cum aquae portionibus viginti quinque misceri jubet. L. III. περὶ νούσων. De suavi ejus odore, μῆλων ὄσμῃ, vide Lenep ad Coluth. in Animadv. p. 15. et seq. Plutarchus id etiam inter delicias Epicuri memorat T. X. p. 481. Fallitur itaque Scholiast. Aristophanis Acharn. v. 671: Οὐδέποτε Θάσιος οἶνος ἠύδακίμει παρὰ Ἀθηναίοις, cum ab auctoribus ubique tantopere laudetur. v. Xenoph. in Symp. C. IV. §. 4. Praeterea apud veteres et muria Thasia et nuces Thasiae celebres erant, quas Dalecampius censet avellanas esse, sed Macrobius esse amygdalas aperte scribit Saturnal. L. III. c. 18. et Favor. q. 81. Θάσια τὰ ἀμύγδαλα. Inter lautitias mensarum eas refert Varro Satyr. περὶ ἐδεσμάτων apud Aul. Gell. L. VIII. c. 16. easque et sua aetate celebratas esse Plinius testatur L. XV, c. 22. vid. Athenae. p. 647. Ad

haec auro et marmore quoque dives erat. Stat. Silv. I, 5. 34.

ὼς. sic Reiske. ὡς in prima edit. quod jam video doctiss. Schäfero in Melet. Crit. p. 138. probatum esse.

ὄνου ῥάχης „Propter montium juga poeta sic appellasse videtur insulam. Plurimas partium corporis appellationes ad terrarum situm et conditionem significantes translatas diligenter collegit Eustath. ad Il. p. 233. seq. quaedam schol. Sophocl. in Oed. Col. 691. conf. Wesseling ad Herod. I. p. 35, 86. Promontorium Laconiae ὄνου γνάθου appellatum commemorat Pausanias III, 22. p. 431. edit Facii. Nec hoc ὄνου ῥάχης tam Archilochi proprium fuisse puto, quam potius montosarum regionum appellationem.“ Jacobs V. I. P. I. p. 165. seq. Sic Polybius T. III. p. 400. κατέβαινε κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία κατατείνουσαν ῥάχιν. Strabo p. 395. A. συνεχῆς ῥάχης. Phot. Lex. γ. εὐράχαντες — ῥάχιας γὰρ ἐκαλοῦν τοὺς τραχεῖς καὶ παρήκοντας τόπους. Latini sic dorsum adhibent. Liv. L. I. c. 3. Ab situ porrectae in dorso urbis longa Alba appellata. Curtius L. V. c. 3. Ipse cum expedito agmine jugum montium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit. Cf. etiam Schützius ad Prometh. v. 726., ubi Aeschylus juga montis editiora κρόταφον dicit.

Ἐσηκεν. i. e. ἐσῆν. Odys. p. 439. Περὶ κακὰ πάντοθεν ἔση. Chariton L. III. c. 5. p. 51, 10. τότε γὰρ ἔτι χειμῶν ἐσῆκει. ubi vid. Dorvillium, qui ostendit hoc verbum saepe pro εἶμι cum emphasi adhiberi, ut stare apud Latinos p. 303. Sic Horat. L. II. od. 9, 5. Nec stat glacies iners Menses per omnes. Cf. ibi Mitscherlich.

Ἰλῆος ἀγρίης ἐπισεφῆς. Sic et Homerus cum genitivo Il. D. v. 232. πάνοντες κρητῆρας ἐπισεφέας αἰνοῖο. Heyn. ad Il. α. 470. p. 233. et Odys. β. 341. ζήσαντο κρητῆρας ἐπισεφέας αἰνοῖο. Alcman apud Athenae. L. III. p. 111. A.

Κλίναί μὲν ἑπτὰ καὶ τόσαι τραπέσδαι
Μακωνίδων ἄρτων ἐπισέφοισαι
Λίνω τε σασάμω τε, κῆν πελίχλαις
Παῖδεςσι χρυσόκολλα . . .

sine jota subscripto scribendum censeo, ut sit genitivus dō-
nicus, qui ab ἐπισέφοισαι, ut μακωνίδων ἄρτων, pendeat.
Euphorion apud schol. Sophocl. Oed. Col. ad. v. 687.
Θυγατρίδαι φόρκυος — — ναρκίσσοιο ἐπισεφέες πλο-
καμίδας, ubi Meineke κλήμασι supplet; pro ἐπισεφέες
vero περισεφέες corrigit. C. c. p. 47.

X.

Ἔα Πάρου

καὶ σῦκα κείνα καὶ θαλλάσσιον βίου.

Sinas Parum

Illasque ficus atque vitam in aequore.

Athenae. L. III. p. 76. B. τῶν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ
(διάφορα γὰρ κἀνταῦθα γίνεται σῦκα τὰ καλούμενα παρὰ
τοῖς Παρίοις αἰμώνια, ταῦτ' ὄντα τοῖς Λυδίοις καλου-
μένοις, ὅπερ διὰ τὸ ἐρυθρῶδες καὶ τῆς προσηγορίας ταύ-
της ἔτυχεν) Ἀρχίλοχος μνημονεύει λέγων οὕτως. Ἔα Πάρ.
κτλ. De variis ficuum generibus et nominibus vid. ibid.
Athenaeum et Macrob. Saturnal. L. III. C. 20. Schweig-
haeus. Athenaei. T. I. 299. locum sic exhibet: —

Ἔα

Πάρου καὶ σῦκα κείνα καὶ θαλάσσιον

βίου — in Animadv. T. III. 409. sic constituit;

"Ἐὰ Πάρον καὶ σῦκα κείνα καὶ βίου

Θαλάσσιον. — Trochaicum tetrametrum vir doctus esse malit. "Ἐὰ Πάρον καὶ σῦκα κείνα καὶ Θαλάσσιον βίου, ita ut ἔα monosyllabum sit. Sed locus, ut in Athenaeo est, modulo metri iambici plane respondet, et nil mutandum. (Cf. doct. Jacobs Additament. ad Athenae p. 56) Utrum rectius sit hic adsumere, vix certo definiri potest.

Θαλάσσιον βίου. Vita piscatorum, qui ex mari victitant, et continuis laboribus et periculis in undis vexantur; unde a Pancrate apud Athenae. L, VIII. p. 321. F. ἀλίζωοι dicuntur. Mosch. Idyll. V. 9.

Ἡ κακὸν ὁ γριπεὺς ζῶει βίου, ᾧ δόμος ἢ ναῦς,

Καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα καὶ ἰχθύες ἀπλάνος ἄγρα.

Huc referendus forte locus in Anecd. Bekkeri T. I. p. 30, 3. βίος θαλάττιος· ἐπὶ τῶν ἐν θαλάττῃ τὴν ἐργασίαν καὶ τὸν βίου ποιουμένων. Videtur hoc fragmentum pars esse carminis, quo poeta se ipse vel alios hortatus est ad relinquendam Parum et in Thasum emigrandum. Hinc quae in Paro agitur, vitam despicit et elevat, ubi nihil nisi ficus et pisces ad nauseam usque edas.

XI.

Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφετο.

Non decrepita liniret unguentis se anus.

(Brunck Anal T. I. p. 46, fr. 43. Jacobs Animadv. V. I. P. I. p. 171.)

Athenae. L. XV. p. 688. C. τῷ δὲ τοῦ μύρου ὀνόματι πρῶτος Ἀρχέλοχος κέχρηται λέγων. Οὐκ ἂν μ. γ. ε. ἦ. Observat deinde unguenta ab Homero ἔλαια vocari; Ὁ δὲ Ὀμη-

ρος τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων, ἔλαια δ' αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτου· δροσόεντι δὲ χρίεν ἔλαιω. 186. Π. ψ. quae omnia exscripsit Eustath. Π. ψ. Τ. Π. p. 1300. Sic et Od. β. 340. inter cetera κειμήλια Ulyssis est ἄλις τ' εὐώδες ἔλαιον. Idem Athenaeus notat L. I. p. 18, μύρον etiam κάλλος ab Homero vocari, Odysseus σ. 191. Occurrit hic versus quoque apud Plutarchum in vita Periclis, qui eo in Elpinicen sororem Cimonis usus est. T. I. p. 645. Samo enim ab eo subjugata, et oratione funebri in laudem caesarum habita, aliae mulieres coronis et taeniis eum ornabant, ἣ δ' Ἐλπιwickη προσελθοῦσα πλησίον, ταῦτ', ἔφη, θουμασὰ, Περικλεις, καὶ ἄξια σεφάνων, ὅς ἡμῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀπώλεσας πολίτας, οὐ Φοῖνιξι πολεμῶν, οὐδὲ Μύδοις, ὥσπερ, οὐμὸς ἀδελφὸς Κίμων, ἀλλὰ σύμμαχον καὶ συγγενὴ πόλιν κατασρεψάμενος. ταῦτα τῆς Ἐλπιwickης λεγούσης, ὁ Περικλῆς, μειδιάσας ἀτρέμα, λέγεται τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν· Σὺ καὶ μύροισι γραῦς εἰσοῦσ' ἠλείφειο. Significare videtur Pericles Elpinicen iudicare de rebus, seque immiscere negotiis ad eam non pertinentibus, sicut nimirum vetulae aut honestae matronae non convenit se unguentis ungere. Tenellae enim virgines, praecipue vero ἑταῖραι unguentis uti solebant. Hesiod. Ἔργ. 519.

Οὐπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης

Ἐὔτε λοεσσαμένη τέρνεα χροῖα καὶ λίπ' ἔλαιω κ. τ. λ. ubi schol. ἠλείψαντο πρῶην αἰ παρθένοι τῷ τοῦ βαλσάμου ἔλαιω. Theocrit. I. XVII. v. 134. Alciphron L. I. Ep. 36. p. 50 de meretrice, quae ibi queritur: καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἰδοῦσα τὸν χρόνον τοῦτου μύρον. et ibid. ep. 4, et Simonides Amorg. de moribus feminae superbia formae elatae et bonis non adnumerandae v. 63.

Λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἀπὸ ρύπου

Δίς, ἄλλοτε τρίς, καὶ μύροις ἀλείφεται.

Adrian. Iunius Animadv. L. III. c. 58, 289. Archilochi

hoc dictum inter locutiones proverbiales refert de iis dicendum, quorum intempestivas delicias aut luxum alieno aetatis tempore perstringere volumus.

Ἠλείφετο. Praetuli hoc τῷ ἡλείφεο apud Plutarchum, quia Athenaeus ipsa verba Archilochi citare videtur, Pericles vero apud Plutarch. ad reprehensionem Elpinites inflexisse et adhibuisse.

XII.

Ἐσμυρισμένας κόμης

καὶ σῆθος, ὡς ἂν καὶ γέρων ἐράσσατο.

Unguentis comas

Pectusque sparsa, ut vel senem caperet amor.

(Brunck. Anal. T. I. p. 46. fr. 33. Jacobs. l. c.)

Athenae. l. c. quem etiam vide de variis generibus, nominibus et usu unguentorum, quibus veteres ita delectabantur, ut non modo caput, pectus, manus, pedes, sed totum corpus ungerent, quin etiam singulis partibus ejus proprium adhiberent unguentum. Archestrat. apud Athenae. L. III. καὶ σακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπειε. Anacr. od. 28. Aristoph. Ἐκκλ. 1009. Horat. od. III, 20. Sparsum odoratis humerum capillis. Vid. Marsil. Cagnatus Var. Observat. L. II. c. IX.

Ἐσμυρισμένας. Wakefield Silv. Crit. IV. p. 43. ἐσμυρισμένη corrigit, quod Jacobs probat. Ad explicandum hoc verbum notat Athenaeus l. c. Μύρρα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Ἀιολεῦσι, ἐπεὶ δὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο, καὶ ἤγε σακτὴ καλομένη δ' αὖ μόνης

ταύτης. Cf. Schweighaeus. Animadv. T. VIII. 204. Spanheim. Hymn. in Apoll. p. 104. et in Lavaer. P. p. 611. Salmas. Exercit. Pl. 499. Sed ἂ σμύρνα, σμυρνίζω, et hinc ἐσμυρνισμένας scribendum foret, et sic occurrit in sacris litteris apud Marc. c. XV, 23. Καὶ ἐδίδουν αὐτῶ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον. v. Photii Lex. v. ἐσμυρνισμένον. Sed tunc metro adversaretur syllaba longa in sede pari. Quare a μύρον, unde μυρίζω, prothesi τοῦ σ, σμυρίζω ducendum, ut in μικρὸς, μικρύνω fit, et hinc ἐσμυρνισμένας.

Γέρων ἐράσσατο. Observat Clarke ad II. ζ. 317. duplicatum σ in hoc verbo esse ab ἔρημι, ἔραμαι, non ab ἐράω, quod mediam producit. Hom. Odys. λ. 237. ποταμοῦ ἠράσσατ' Ἐπιπῆος. Iacobs Animadv. V. I. P. II. p. 322. illud Rhiani ex hoc loco ductum putat. Anal. T. I. p. 480. Ep. 2.

Ἐραῖτοι Χάριτες τε κατὰ γλυκὺ χεῦσαν ἔλαιον,
Ὡ πηγὰ· κνώσσειν οὐδὲ γέροντας ἔῃς.

XIII.

Ἢ δέ οἱ κόμη

Ἦμους κατεσκίαζε καὶ μετάρρηναι.

Humerosque dorsumque illi obumbrabat comā.

Synesius in Encom. calvit. p. 427. Οὐκουν ἅπαντες οἴονται τε καὶ λέγουσιν αὐτοφυῆς εἶναι σκιαδίου τὴν κόμην, καὶ ὁ κάλλιστος ποιητῶν Ἀρχίλοχος ἐπαινέσας αὐτήν, ἐπαινεῖ μὲν οὐσαν ἐν ἑταίρας σώματι· λέγει δὲ οὕτως· Ἢ δέ οἱ κτλ. ubi vero pro κατασκιάζει, quod in textu est, et sponde-

um in quarta sede facit, *κατσεκιάζει* legendum, ut a Bentleio jam emendatum invenio. (Gaisfordius p. 302.) Capilli vero longiores, densioresque, quos Archilochus in amasia laudat, magna pars pulchritudinis semper habiti. Unde poetae in laudanda forma plerumque eorum meminere. Homerus de Paride Il. γ. v. 53; Helenam in paucis, quae de ejus pulchritudine memorat, *ἤυκομον* vocat. Il. γ. 329, λ. 506. et *καλλίκομον*. Od. α. 58. ut jam Lessingius observavit. Sic et Briseis Il. β. 689. et aliae laudantur. Euripid. Phoen. γ. 231. comam ideo vocat *παρθένιου χλιδόν*, ubi schol. *κόμας, αἵ καλλος καὶ τρυφή* *) *εἰσι τῶν παρθένων*. Hinc etiam pulchra illa morum muliebrium notatio in Orest. v. 128, ubi, dum Helena comas sibi resectas sepulchro sororis imponi jubet, Electra dicit:

Εἶδετε, παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθριξε τρίχας

Σώζουσα κάλλος, ἐς ἣν ἡ πάλαι γυνή.

Ipsi Dii, Deaeque passim a poetis *εὐπλόκαμοι*, *καλλίκομοι*, *καλλιπλόκαμοι*, *ἀβρόκομοι*, *χρυσοχαῖται*, *ἤυκομοι* etc. dicuntur; Vid. Bar. de Locella ad Xenoph. Ephes. p. 122, 123. Ceterum de coma et studio ejus alendae et more tondendae aliisque ad hanc rem spectantibus vid. Adrian. Junii commentar. de Coma.

XIV.

Καὶ δὴ ἴπικουρος, ὡς ἐ Καρ, κεκλήσομαι.

Adjutor equidem, sicuti Car, audiam.

Schol. ad Platon. Lachet. p. 43. in Anecd. Graec. Siebenkeesii ad verba: Ἐν τῷ Καρὶ ὑμῖν ὁ κίνδυνος. Ἐπὶ

*) sic pro ἐς Valckenar. ex August. cod. reponit ad Phoeniss p. 638.

Ὡς Διωνύσου. Hermann. l. c. ὅς et loco Διονύσοιο in Athenaeo, Διωνύσου reponit, quia ex ejus sententia genitivus in οιο apostrophum vel elisionem non admittit (ad Orph. p. 721 seq.) Interim tamen philologi magni nominis contrarium sequuntur Porson, Heyne Observat. T. V. p. 319. II. η. v. 63. ῥ. v. 479 T. V. p. 498. Jacobs, Schweighaeuser hoc ipso loco. Athen. T. V. 276 et Animadv. T. VII. 420.

Καλὸν ἐξάρξαι μέλος. in Athenaeo ἐπάρξαι, quod alienum est a sensu hujus loci. „ἐξόρξαι μέλος autem proprie dicebatur, qui choro praeibat“ Jacobs vid. fragm. XLV. ubi hoc verbum iterum occurrit, ut hic cum accusativo conjunctum, quod apud Homerum plerumque genitivo jungitur, nisi in ἐξάρχεσθαι βουλάς et Hymn. in Dian. 18. ut Heyn. observat.

Συγκεραυωθεὶς φρένας. jam a Casaubono correctum pro συγκερυθεὶς, mentem vino, quasi vi fulminis, percussus. ut Tibull. L. I. 2. Percussus tempora Baccho. Plaut. Casin. III. 5, 16. Se uspiam percussit flore Liberi. Hinc Anaereon ebrius a Leonida Tarent. epigr. 37 μεθυπλήξ dictus.

XL.

Ἑπτὰ γὰρ νεκρῶν πεσόντων, οὓς ἐμάρψαμεν ποσὶ,
Χίλιοι φονῆές ἐσμεν. — —

Namque septem mortuorum, consecuti quos sumus,
Mille nos sumus necantes. — — —

Plutarch. T. V. p. 646, ubi de iis sermo est, qui,
dum Galba interficitur, cum eo simul necati sunt: "Ὡσ-
περ δέ φησιν Ἀρχίλοχος· Ἑπτὰ γὰρ κτλ. — οὕτω τότε
πολλοὶ τοῦ φόνου μὴ συνεφαψάμενοι, χεῖρας δὲ καὶ ξίφη
καθαιμάσσοντες, ἐπεδείκνυντο, καὶ τὰς δωρεὰς ἤτουν, βι-
βλία δίδόντες τῷ Ὀθωνι.

Οὓς ἐμάρψαμεν ποσὶ. Hom. II. χ. 201. ὡς ὁ
τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν. ubi in Schol. Vict. inquit Hey-
nius, tanquam singulare quid notatur, ὅτι τὸ μάρψαι ἐπὶ
ποδῶν εἶρηκε.

XLI.

Οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.

Grotii. Versio p. 515.

Mortuis conviciari non sinit fas et pium.

(Brunck Anal. T. I. p. 43. fr. 18. Jacobs. V. I. p. 164.)

Clemens Alex. Stromat. VI. p. 738, 25. Stobaeus
Serm. CXXIV. p. 617. Ille sic: Πάλιν δ' αὖ Ὀμήρου
εἰπόντος· Οὐχ' ὀσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάσθαι

(Od. X. 411.) Ἀρχίλοχός τε καὶ Κρατῖνος γράφουσιν, ὁ μὲν,
Οὐ γὰρ ἐστὶ κτλ. Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσι· Φοβερὰν
(Jacobs φθονερὸν) ἀνθρώποις τόδ' αὖ κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι
καυχᾶσθαι μέγα.

XLII.

Ἡμβλακον, καὶ πού τιν' ἄλλον ἦτ' Ἄτη κιχήσατο.

Fateor hanc culpam, sed Ate consequi et alium solet.

(Brunek. Anal- T. I. p. 45. fr. 30. Jacobs V. I. P. I. 171.)

Clemens Alexandr. Stromat. L. VI. p. 738, 25.
Αὐθὴς τε ὁ Ἀρχίλοχος τὸ Ὀμηρικὸν ἐκεῖνο μεταφέρων,
Ἀσάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι· ἀντίον πολλῶν (Il. ε.
116) ὧδέ πως γράφει. Ἡμβλακον. κτλ.

Ἡμβλάκον. Hesych. ἡμβλακεν, ἡγνότησεν, et ἀμ-
πλακεῖν, ἀμαρτεῖν· ἡμπλακον Sylburgius praetulit, Iac.
I. c. usitatius quoque auctoribus ἀμπλακεῖν Eurip. An-
drom. v. 418. 428. 948.

Ἡδ' ἀμπλακοῦσα συννοσεῖν αὐτῇ θέλει.

Ἄτη κιχήσατο. Spondeus in sede impari, quod
interdum fieri solet, ut Hermannus de Metris Graecor.
p. 118. hoc ipso versu laudato ostendit. Hanc lectionem
etiam habent omnes editiones, eamque sequitur quoque
Heynius ad Il. ε. versu 116, in Observat. T. V, 546.
ex hoc versu, inquit, et Il. τ. 94. mutuatus erat Ar-
chilochus sua — Ἡμβλακον κ. π. τ. ἦτ' Ἄτη κ. et
rem ipsam illustrat Lycurgus contra Leocratem p. 198.
R. etc. quae vide sis.

Ate vero Iovis filia et Eridis Il. τ. 9. Hesiod, Theog.

v. 226. cujus munia Homerus l. c. commemorat, ubi quod Archilochus dicit, καί πού τιν' ἄλλον — κιχήσατο, Homerus exprimit: κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησε; ut manifesto appareat, Archilochum Homeri locum prae oculis habuisse, et vocem Ἄτη, licet spondeum, non facile expellendam esse. Vid. etiam elegantem locum Rhiani de Ate hinc ductum apud Stobaeum Sermon. IV. 54.

At vero critici non contenti spondeo in sede impari medelam metro circumspexerunt, atque ipse doctissimus Hermann. Sophocl. Antig. v. 618. edit. min. Erfurdt. Ἄλη legendum proponit, quod et Meinecke probat C. c. p. 52. Occurrit haec vox Od. κ. v. 462, licet alia significatione quam hic opus est: Ἄϊσι ἄλης χαλεπῆς μεμνημένοι; hic enim translate accipiendum pro insania, mentis aberratione, peccato. Timaei Lexicon v. ἀλιτρωδῆς — ἄλη γὰρ ἢ πλάνη καὶ ἢ ἀμαρτία. Bentleius notavit, forte leg. ἄση (Gaisford p. 304) Sed si mutatione opus esset, legi fortasse quoque possit, ἦτ' ἌPH' κιχήσατο, sed noxa consequi et alium solet. ἀρά, vel ἀρή prima brevi, (diversum ab ἀρά, preces vel dirae prima longa) βλάβην, noxam vel damnum denotat. ἐμοῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκίηρα γενέσθαι. II. σ. v. 100. vide Heynium T. VI. p. 332 seqq. qui haec illustrat. Similis tum esset sententia Horatii L. III. od. 2, 32. Raro antecedentem scelestum Deseruit pede Poena claudo. et Tibulli L. I. 10, 4. Sera tamen tacitis Poena venit pedibus. Stobae. de justit. p. 9. Βραδεῖ παδί Στείχουσα μάρπτει τοὺς κακοὺς αἰεὶ βροτῶν.

XLIII.

Ἐλπομαι, πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος κατανανεῖ
Ὅξυς ἐλλάμπων.

Spero, complures eorum Sirius tosturus est
Emicans acutus.

(Brunck. Anál. T. I. p. 47. fr. 42. Jacobs V. I. P. I. p. 176.)

Plutarch. T. VIII. Sympos. L. III. p. 611. Ἐκ δὲ τούτων φανερόν εἶναι τὸ ζητούμενον· τὴν γὰρ σελήνην ἡρέμα χλιαίνουσαν ἀνυγραίνει τὰ σώματα· τὸν δὲ ἥλιον ἀναρπάζει μάλλον ἐκ τῶν σωμάτων τὸ νεότερον διὰ τὴν πύρωσιν· πρὸς ὃ καὶ τὸν Ἀρχιλοχὸν εἰρηκέναι φυσικῶς· Ἐλπομαι, π. μὲν αὐ. κτλ. Brunckius hoc fragmentum ad jambum revocat.

— — — Ἐλπομαι,

Πολλοὺς μ. ἄ. Σ. κ.

Ὅξυς ἐλλάμπων. Sed ex ultima parte, quae initium trochaicum facit, manifestum est ad tetrametros referendum esse, ut Jacobs observat.

Σείριος. Archilochum per Sirium intellexisse solem patet jam ex Plutarcho. Id confirmat Hesych. v. Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ τοῦ κυνὸς ἀσῆρ. Σειρίου κυνὸς δίκην. Σοφοκλῆς τὸν ἀσρῶν κύνα· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον. de Sole Sirio vid. Suidam. Hoc sensu jam etiam Hesiodus usus est. Epp. 415. — — Δὴ γὰρ τότε Σείριος ἀσῆρ.

Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων

Ἐρχεται ἡμάτιος, πλείων δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ.

Ad quem locum cf. Petavium in auctario operis de doctrina temporum p. 101, qui ostendit Sirium hic esse solem, sic dictum διὰ τὸ σειριάζειν, quod est λάμπειν et hanc in rem etiam Archilochi et Hesych. locum ad-

fert. In Argonaut. Orph. ut epitheton Soli apponitur v. 117. Ἦμος ὅτε τρισσὴν μὲν ἐλείτετο Σείριος ἀγλήν Ἡέλιος. Plutarch T. VII. p. 461. Εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν Ὀσείων ἀντικρὺς ἡλίον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες, εἰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἡ πρόθεσις τοῦ ἄρθρου τοῦνομα πεποιήκεν ἀμφιγνοεῖσθαι. Adde Scholion, quod Alter e Ms. in praefat. ad Odys. p. XXVII. profert: οἱ Αἰγύπτιοι τὸν ἡλίον Ὀσείων, τούτεσι πολυόφθαλμου λέγουσι. Sed Graecos de etymologia hujus vocis argutantes vide sis apud Scholiast. Apoll. Rhod. L. II. v. 515. Cf. Adri. Iunius Animadv. L. I. c. V. de Sirio Stella, qui et locum Archilochi non praeteriit.

Καταυανεῖ. confert Jacobs Lycophronis locum Ἐκθεδρασμένον νέκυν ἀκτὶς Σειρίου καταυανεῖ, et Tibull. L. I, 4, 24.

V. 2. Ὁ ξύς. Sirio solem significanti etiam usitatum solis epitheton tribuitur. Hom. II. p. 71-72. Πέπτατο δ' αὐγὴ Ἡελίου οξεία. Hesiod. Εργ. 412, μένος ὀξέος Ἡελίοιο. Theogn. v. 413. Sic et Latini Horat. Epist. I. 10, 17, Cum semel accepit solem furibundus acutum.

Ἐλλάμπων. sic omnes. Wakefield vero Sylv. crit. T. V. p. 152 seq, emendat ἐκλάμπων, quod ad sensum aptius videtur.

XLIV.

Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης δίγειν.

Si manum mihi Neobules sic liceret tangere.

(Brunck. Anal. T. I. p. 45. fr. 25. Jacobs. V. I. P. I. 167.)

Plutarch. T. VII. p. 518 de *Εἰ* apud Delphos: *Εἰ γὰρ ὄφελον, φησὶν ἕκαστος τῶν εὐχομένων· καὶ Ἀρχιλόχος· Εἰ γ. ὡς κτλ.* Optat Archilochus, ut sibi tantum manum Neobules, a qua forte absens erat, aut cum cujus patre jam simultates susceperat, tangere liceat. Id genus votis enim aliisque, quorum eos compotes fieri haud est verisimile, amantes animum pascere, e communi vita et poetarum carminibus notum est et passim obvium. Meleager Anal. Epigr. 94 v. 3. *Εἰθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χεῖλεσι χεῖλεα θεῖσα Ἀπνευσὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.* Sic Anacreon od. XX. optat speculum, vestimentum, unguentum fieri, ut caram sibi puellam contingere possit. Theocrit. Idyll. III. v. 13.

Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένουιτο. Reisk pro ὡς corrigendum putat πως vel ἔξ, ut sit *ἐκγένουιτο*, sed non necesse, cum ὡς pro οὕτως positum sensum commodum efficiat. Si mihi vel sic, rebus sic habentibus, liceat tantum manum ejus tangere. Odyss. α. 166. *Νῦν δ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλωλεν.* schol. οὕτως, ὡς ἔχει

Νεοβούλης. quam et *Νεοβούλειαν* Hesychius vocat. v. *ἐργάτις*; quae terminatio saepe variatur, ut *Πηνελόπη*, et *Πηνελόπεια*, *Περσεφόνη* et *Περσεφόνεια*, praesertim in nominibus urbium. vid. Hemsterh. ad Hesych. locum. *Νεοβούλης* per crasin hic legendum, quasi *Νεοβούλης* ut *Κλεόβουλος*, *Κλεύβουλος*. Ad Neobules laudem, quam Archilochus primum tantopere videtur deperiisse, ut ex hoc versu apparet, et quam postea violata nuptiarum fide tam acerbis iambis persecutus est, spectare putat Hemsterhusius illa quoque Luciani in Amor. p. 1021: *Τὴν φωνὴν δ' ἴσεν Λυκάμβου θυγατρὶ λεπτὸν ἀφηδύνων.*

XLV.

Ἄυτὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλὸν Λέσβιον παιήονα.

Lesbium paeana sum ipse praecinens ad tibiam.

Athenaeus. L. IV. p. 180. E.

Ἐξάρχων. Spanheimius Hymn. in Delum v. 18. comment. p. 388 ex hoc Archilochi loco aliisque auctoribus docet, ἄρχειν, ἄρχεσθαι, tum composita ἐξάρχειν, ἐξάρχεσθαι, κατάρχεσθαι de iis dici, qui in veterum sacris et choreis primi canendo aut saltando auspicium reliquis facerent aut praeirent. vid. l. cit. Ita Archilochus et supra fragm. XXXIX. καλὸν ἐξάρξαι μέλος.

Πρὸς αὐλὸν Λέσβιον παιήονα. de formula πρὸς αὐλὸν vide fragm. V. not. ad v. 2. de paeane cf. Heynium Observat. T. VIII, p. 328. Λέσβιον referaturne ad αὐλὸν an ad παιήονα, in ambiguo est.

XLVI.

— — — Μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος.

Τῆςδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω. — — —

— — — Insulam ne pendeat

Tantali saxum supra istam.

(Brunck. Anal. T. I. p. 47. fr. 43. Jacobs Vol. I. P. I. p. 176)

Plutarch. T. IX. p. 203. An seni sit gerenda resp. de oratione politica loquens, quam ait historias, fabulas et metaphoras sed modeste recipere, cujus rei exemplum etiam Archilochi hunc locum adfert. Item schol. Pindar. olym. a. 97. ἐποίησε δὲ καὶ Ἀρχίλοχος· μηδ' ὁ T. λ. κτλ. Poeta de Paro vel Thaso loqui videtur, et malum quoddam imminens precibus aut votis ab alterutra avertere velle. Hunc ipsum locum Pausanias respicit p. 348. Ἰπὸ τούτῳ δὲ τῷ πίθῳ (sermo est de figuris in tabula a Polygnoto picta) Τάνταλος καὶ ἄλλα ἔχων ἐστὶν ἀλγεῖνά, ὅποσα Ὀμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς πρόσεσιν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχῳ. Ἀρχίλοχος δ', οὐκ οἶδα, εἴτε ἐδιδάχθη παρὰ ἄλλων τὰ ἐς τὸν λίθον, εἴτε καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ποίησιν εἰσενέγκατο. De poena Tantalii autem, ejus causa et variis de eo fabulis poetarum vide eundem Scholiastem, qui rem fusius exponit sensumque, quo a nonnullis acceptae sunt, explicat. Hom. Od. λ. v. 581. canit eum in lacu stantem pomis imminentibus, continua siti et fame torqueri; Archilochus timore saxi ei impendentis et jamjam casuri cruciari; Euripides per hoc saxum solem intelligit; alii montem Sipylum ad puniendum ejus mendacium, quo Iovem circumvenire voluit, ei impositum. Vide praeterea Lucian. T. I. D. M. 1. T. II. Amor. 53. Athenae. L. VI. 281. et alios veteres, quos Iacobs l. c. laudat. (Inter recentiores Porson ad Eurip. Orest. v. 5. Davis ad Cicer. Tuscul. IV. 16 Bothe Pindar. T. I. p. 11).

XLVII.

Καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοῖοι ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

Res habent se, qualis horum mens, qui in ipsas incidunt.

Aeschines περὶ πλούτου, sive quisquis auctor Eryxiae est; p. 70. ὁποῖοι γὰρ ἄντινες ὄσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι· καλῶς δ' ἔφη, δοκεῖ μοι τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι· Καὶ φρονεῦσι κτλ. Item Stobaeus Sermon. XCII. p. 510, sed corrupte τοὶ ἄοικοι αἷς ἐγκ. ἐ. notante Gesnero in margine: τοῖα ὁκοῖοις et ἐρύμασι. Sensus hujus loci et vera verborum ratio viros doctos multum exercuit. „Sententia ejus, inquit doctiss. Fischerus ad Aeschin. p. 96. vix certo indagari posse videtur primo, quia non satis constat ἐρύμασι legendum sit an ἔργμασι; deinde quia, etiamsi ἐρύμασι legas, tamen non apparet, quae potestas isti vocabulo tribui debeat; denique quia non intelligi potest, quo φρονεῦσι pertineat, ita ut mirum non sit, viros doctos ea de re vehementer dissidere inter se. „Alii recte praeferunt ἔργμασι, intelliguntque res, quae prout ipsae natura sua comparatae sunt, dum homines in eas incidunt, ὁκοῖοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν, ipsae etiam consilia eorum pro prudentia cujusque moderantur. Ut autem sententia aptior sit ad sensum loci apud Aeschinem Valckenar. ad Herodot. L. II. p. 141 emendandum esse judicat: Καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοῖως ἐγκυρέωσιν, ἔργματα, ita ut τοῖα ἔργματα nominativus sit intellecto ἐς, φρονεῦσι vero dativus participii ad ἐγκυρέωσιν referendus, sensusque sit: Res ipsas, prout in homines varia prudentia moribusque prae-

ditos aut varie animatos incidunt, mutari, aliam aliamque naturam assumere. At Fischerus et Iacobs judicant ordinem verborum sic esse duriores, et membra sententiae nimium dissipata, quam ut id Archilochi ingenio conveniat. Hinc mihi sensum et verba dialogi cum loco Archilochi conferenti lectiones ὁποῖοι et ἔργασιν recte habere videntur, et sensum commodum efficere. Sic enim Aeschines: ὁποῖοι γὰρ ἄντινες ὧσιν οἱ χρώμενοι. Archilochus: Ὅμοιοι (γὰρ ὄν) ἐγκυρέωσιν τοῖς ἔργασιν. Aeschin. τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. Archiloch. Τοῖα καὶ φρονεῖσι, Breviter ut poeta, pro τοῖα καὶ ἔσιν αὐτὰ τὰ ἔργματα, ἃ φρονοῦσι, κακὰ ἢ ἀγαθὰ. i. e. quales sunt ii, qui in res incidunt, tales etiam sunt hae ipsae res, quas mente agitant et student perficere. Φρονεῖν simili sensu non inusitatum poetis. Aeschyl. Ἐπτ. εἰ. Θ. 552. Εἰ γὰρ τύχοιεν, ὧν φρονοῦσι, πρὸς θεῶν. Soph. Oed. Tyr. 403. Εἰ δὲ μὴ δοκεῖς γέρον εἶναι, παθῶν ἔγνωσ ἄν, οἷά περ φρονεῖς. Eurip. Hippol. 523. Τᾶλλα, οἷ' ἐγὼ φρονώ, Τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις. Vid. Fischer ad Aesch. n. 69, qui sequentes versus Euripidis (ex Bellerophonte) cum hoc loco comparat:

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεῶν.
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' οὐντυχάνων
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἦν τιθῆ, πράξει καλῶς.

Cf. quoque. Thucyd. L. I. c. 14. Plaut. Pers. Act. IV. sc. 1. v. 3. Terent. Heautont. v. 19. in quibus eadem sententia exprimitur. Ἐγκυρέωσιν Suid. Ἐγκυρῆσαι ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν. sic Theocrit. Idyll. XXII, 9. Χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις Bacchyl. apud Clem. Alex. Stromat. VI, 745. Πρὶν ἐγκύρσαι δύαις.

LXVIII.

— — — Ἐν δ' ἐπίσταμαι μέγα,
Τὸν κακῶς τι δρώντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

— — — Unum et id magnum scio,
Te mali quid perpetrantem gravibus et plecti malis.

Theophilus Antioch. ad Autol. CLIII. Antea dixit maleficos necessario scelerum suorum poenas persolvere, atque hoc mortalibus utile justumque esse, id quod deinceps poetarum testimoniis confirmat, inter quae hoc etiam Archilochi effatum est: ὁμοίως καὶ Ἀρχίλοχος· Ἐν δ' ἐπ. μ. κίλ. Aeschylus, qui Archilochi et verba et sententias toties ante oculos habuisse videtur, iisdem etiam verbis, in alium tamen sensum declinatis utitur Choeph. v. 120. Dum chorus Electram jubet Deos precari, ut Agamemnonis interfectores vicissim interficiantur, eaque interrogat, an hoc etiam fas piūque sit, ille respondet: Πῶς δ' οὔ; τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. Ceterum haec Archilochi sententia apud veteres frequenter occurrit aliter aliterque enunciata. Sic iterum apud Aeschyl. eod. dramate v. 310 ubi vid. doct. Schütziū. Eurip. Hecub. v. 902. Herc. fur. 727. Ion. v. 1247. Menand. apud Stobaeum Sermon, V. 63, 25. et alibi.

XLIX.

Νῦν Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλω δὲ πάντα κείται, Λεωφίλου δ' ἀκούεται.

Imperat Leophilus nunc, praevalet Leophilus,
Nunc Leophilo obsequuntur, et Leophilum audiunt.

Herodianus *περὶ σχημάτων* in *Anecd. Graec. Villosion. T. II. p. 93, c. περὶ πολυπτώτου*. — ἔσι δὲ τοιοῦτο σχῆμα καὶ παράτισσι τῶν ποιητῶν, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ
— — — Νῦν μὲν Λεώφιλος ἄ.

Λ. δ' ἐπ.

Λ. δ. π. κ.

Λεώφιλε δ' ἀκουε.

Haec emendata dedit Porsonus *Supplem. ad praefat. Euripid. Hecub. p. XXVI.* (Gaisfordius p. 315 fragm. 74) et inde Meineke *C. c. p. 52*, qui tamen in fine versus secundi Λεωφίλω habet, forte sphalmate typogr. nam Λεωφίλου solum recte legitur, partim ut πολύπτωτον servetur, partim, quia ἀκούειν ea vi, qua, ut latinum audio, dicto audientem esse significat, genitivum adsciscit. (*Od. η, 11. Θεοῦ δ' ὡς δῆμος ἀκούεν.*) aut si quis vocativum servandum esse contendat, sumendum esset poctam, subito ad Leophilum conversum, eum vel monere quid vel exhortari voluisse in sequentibus, et legendum: Λεώφιλ', ἔα, ἀκουε δὴ, unde facile fieri potuit Λεώφιλε δ' ἀκουε neglecto in fine δὴ, quod imperativis plerumque postponitur.

"Ἀρχει — ἐπικρατεῖ. "Ἀρχειν καὶ κρατεῖν ut δούλος et δουλεύειν de amoris imperio, quod formosi in amatores exercent, frequentissimum apud auctores. cf.

Dorvill. ad Charit. p. 147 Anacr. de Bathyllo. od. IX.
Τὸν ἄρτι τῶν ἀπάντων Κρατοῦντα καὶ τύραννον.

Manifesta hujus loci imitatio est (Meineke C. c. p. 52) locus incerti Comici de Metiocho, amico Periclis, in Praecept. Polit. Plutarchi (T. IX, p. 234, 35.) correctus ab eodem Porsono l. c., ad quem remittendi nobis sunt, quibus copia est ejus libri, qui nobis deest. Verum usque dum eo nobis uti contingat, licet post Porsonum temere et actum agere videamur, ignoscant Critici interim sic scribentibus:

Μητίοχος κρατηγέει μὲν, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδοὺς,
Μητίοχος δ' ἄρτους ἐπωπᾶ, Μητίοχος δὲ τάλφιτα,
Μητίοχος δὲ πάντα ποιεῖ, Μητίοχος δ' οἰμώζεται.*)

L.

(Ω̃) Λιπερνῆτες πολῖται τὰμὰ δὴ ξυνίετε.

Ῥήματα — —

Pauperes audite cives, verba, quae dicam, mea.

Scholiast. Aristoph. Εἰρη. v. 602. Πρὸς ταῦτα καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτινῇ πεποίηκεν Ὡ Λιπερνῆτες πολῖται τὰμὰ

*) Μητίοχος—Tetrametrum trochaicum etiam dactylum in sede impari apud Comicos admittere ex Grammaticis notum. v. Hephaest. Servii Centimetr. Herm. p. 114. seq. Ἐπωπᾶ (pro ἐποπτᾶ) Hesychius, ἐφορᾶ, ἐποπτεύει, hunc ipsum locum forte respiciens, ποιεῖ pro ποιεῖται ex Reiskii sententia. melius forte ex veterib. edition. quibusdam, κεῖται ut in ipso Archilocho: Μητίοχος δὲ πάντα κεῖται.

δὴ ξυνίετε· ἔσι δὲ πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου· Λιπερνῆτες π.
τ. κτλ. ubi tantum ab initio ὧ̄ excidit, quod in Cratini
et Aristophanis versu est.

Λιπερνῆτες. Hesych. Λιπερνῆς. ὁ ἐκ πλουσίου
πένης, ἢ ἐξ ἀγροῦ εἰς πόλιν πεφευγώς — ubi vid. interpp.
Suid. λιπερνῆτις· ἡ πτωχὴ παρὰ τὸ λείπεσθαι ἐρυνέων, ὅ
ἐσι φυτῶν. Macedon. Anal. T. III. ep. 120.

Οὐδὲ Λιπερνῆτης κενεῶ καὶ ἀκέρδεϊ μόχθῳ
Κλαῦσε, δικαιοτάτου μισθοῦ ἀτεμδόμενος.

Ῥήματα. Ῥήματ', quasi vocali sequente legendum,
ut initium tetrametri constituat; non vero pro glosse-
mate habendum, cum et in versu Cratini et Aristopha-
nis sit, qui Archilochum imitati sunt: l. c.

Ῥε σφώτατοι γεωργοί, τὰμὰ δὲ ξυνίετε
Ῥήματ'.

LI.

υ - Μαχῆς δὲ τῆς σῆς, ὡσε διψέων πιεῖν
Ὡς ἐρέω. — —

υ - Pugnare tecum, bibere sicut qui sitit,
Concupisco. — —

Athenaeus L. X. p. 433. E. Τὸ δίψος μὲν γὰρ πᾶ-
σι ισχυρὰν ἐπιθυμίαν ἐμποιεῖ τὴν περὶ τῆς ἀπολαύσεως.
Καὶ Ἀρχιλόχος· μαχῆς δὲ τ. κτλ. Haec in tetrametros
trochaicos melius redigi, ut etiam initium secundi ver-
sus indicat, ostendit Meineke p. 51.

Vehementius igitur desiderium Archilochus apta si-
militudine sitientis illustrat, cujus bibendi cupiditati vix
alia par esse invenitur. Aeschyl. Agam, 909. Κάλλιςον

ἤμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χεῖματος ὀδοιπόρῳ διψῶντι πηγαίου ῥέος.
 Meleag. ep. X. Διψῶν ὡς, ἐφίλησα, θέρεις, ἀπαλόχροα
 παῖδα. Unde et ipsum verbum διψᾶν graecis est vehe-
 menter desiderare. Aelian. V. H. L. X. c. 16. "Ἐτι μᾶλλον
 ἐνέκειτο φιλοπόνως ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν. Cf. Brodaeus
 Miscell. L. VI. c. 17. Jacobs Anal. T. II. p. 296
 ep. VI. Erycii, Vol. II. P. 357. et Vol. II. P. I. p. 233
 Hac translatione etiam summus Germaniae poeta elegan-
 tes utitur.

Zwar sie hat nicht Bilder genug die unterste Hölle
 Meine Qualen die ganz, so wie ichs dürste, zu sa-
 gen et. L. XIII.

Doch dürsten wir, dürsten
 Dich mit Wunden, die Strahlen zu sehn, den Sieger
 des Todes:

Ὡς ἐρέω. de notione τοῦ ἐράν, ad modum cupe-
 re, vid. Valckenar. ad Phoeniss. v. 542 not. p. 201.
 Archilochus etiam supra fr. II. — μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ
 τυραννίδος. „Ἐρέω (inquit Casaub. ad Athenae. p. 459)
 pro ἐράω amo, cupio admodum, an Graecum sit dubito;
 sed arbitror scribendum ἐράω. At observat Schweigh.
 Animadv. T. V. 458. si διψέων ionico more pro δι-
 ψάων poeta scripsit, perinde et ἐρέω pro ἐράω dicere
 ei licuisse.

LII,

(Καὶ) Πανελλήνων εἰζὺς ἐς Θάσου συνέδραμεν

Graeciae mala universae confluebant in Thasum.

Strabo p. 370. Ἡσίοδον μέντοι καὶ Ἀρχίλοχον ἤδη
 εἰδέναι καὶ Ἕλληνας λεγομένους τοὺς σύμπαντας καὶ Παν-

ἑλληνας, τὸν μὲν περὶ Προϊτίδων λέγουτα, ὡς Πανέλλη-
 νες ἐμνήσευον αὐτάς· τὸν δὲ ὡς Πανελλήνων ὁ. ἐ. Θ.
 συνέδ. ubi ab initio tantum syllaba forte καὶ excidit,
 vel etiam ὡς, ut poetae, adsumendum, (Gaisf. p. 299)
 ut perfectus sit tetrameter. Inter senarios forsitan fuisse
 vir doctus putat sic: οἰζὺς Πανελλήνων Θάσου συν-
 ἔδραμεν. sed versus hic inconcinnus decurrit sine caesura;
 etiam ἐς sine causa ejectum. Thasus autem multis
 malis Archilochi tempore, ac contra quam speraverit,
 videtur oppressa fuisse, de quibus et fr. III. XXX. XCII.
 conqueritur.

LIII.

Τὸν κεροπλάσην ἄειδε Γλαῦκου — —

Qui comas ex arte fingit, canito Glaucum. — —

Glaucum Leptinis filium, quem etiam fragm. XXXVI.
 et XXXVIII. adloquitur, et quem hic videmus comae
 ornandae artificem fuisse, sibi hoc carmine canendum
 proponit. Servarunt hoc fragm. scholia Victor. Heynius
 T. VIII. p. 608. ad Homer. II. ω, 81. Κέρας ἐμβε-
 βαυῖα — συμπλοκὴν τριχῶν ὁμοίαν κέρατι. Τὸν κεροπλ. ἄ.
 Γ. Ἀρχιλόχος. Plutarchus hoc respicit de Solert. ani-
 mal. T. X. p. 66. Κέρας — τὴν τρίχα λέγεσθαι, καὶ
 τὸ κείρεσθαι διὰ τοῦτο καὶ τὴν κουράν· καὶ τὸν παρ' Ἀρ-
 χιλόχῳ κεροπλάσην φιλόκοσμον εἶναι περὶ τὴν κόμην, καὶ
 καλλωπιστήν. Sic et Pollux L. II, 31. Οἱ δὲ περὶ τὴν
 κόμην χειροτέχνηαι κομμῶται — οἱ δὲ καὶ κεροπλάσας ἐκά-
 λουν, ὅτι κέρας ἢ κόμη. Cornu de comis, quae torquen-
 tur, ut in nodum vel cirrum mitti possint, etiam uti-
 tur Iuvenalis S. XIII, 165.

Caerula quis stupuit Germani lumina, flavam
Caesariem et madido torquentem cornua cirro.

LIV.

Ἐρασμονίδῃ Χαρίλαε, χρῆμάτοι γελοῖον.

Erasmonide Charilae, digna res cachinno,

(Brunck. T. I. fr. 29. Jacobs. Vol. I. P. I. p. 171.)

Tetrametris tandem etiam fragmentum subjiendum mihi visum est, quod quidem tetrametro trochaico non constat, sed versu asynarteto, ex colo anapaestico hephthemimeri et trochaico dimetro brachycatalecto sive ithyphallico, est compositum, quia Hephaestio p. 27. diserte dicit illud in tetrametris habuisse locum, ut a deo iis etiam carmina alius moduli immixta fuisse videntur. Sic enim Grammaticus, l. c. Πρῶτος δὲ Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο μεγέθει τούτῳ (nempe colo anapaest. hephthemim.) ἐν τοῖς τετραμέτροις προτάξας αὐτὸ τοῦ ἰθυφαλλικοῦ· τὸ γὰρ, Ἐρασμονίδῃ Χαρίλαε, ἐφθημιμερὲς ἀναπαισικόν. totum autem citat p. 48, ubi de ἀσυναρτήτοις agit. Γίνεται δὲ ἀσυνάρτητα, ὁπότεν δύο κῶλα μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι, μηδὲ ἔνωσιν ἔχειν, ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνονται σίχου. Πρῶτος μὲν τούτοις Ἀρχίλοχος κέχρηται· πῆ μὲν γὰρ ἐποίησεν ἕκτε ἀναπαισικῶ ἐφθημιμεροῦς καὶ τροχαϊκοῦ ἡμιολίου τοῦ καλομένου ἰθυφαλλικοῦ. Ἐρασμονίδῃ X. χρ. τ. γ. In tetrametris hunc versum locum habuisse confirmatur etiam eo, quod refert Athenaeus, hunc Charilaum ob voracitatem in tetrametris ab Archilocho fuisse notatum. L. X, 415 D. Ἀρχίλοχος δὲ ἐν τετραμέτροις Χαρίλαν (mal. Χειρίλαν) εἰς τὰ ὅμοια (τὴν πολυφαγίαν) διαβέβληκεν, ὡς οἱ κωμωδοποιοὶ τὸν Κλεώνυμον καὶ Πείσανδρον.

Ex Athenaeo sua desumsit Eustath. *Odyss. i. T. I. p. 1630, 8.* "Ἐτι μνησίον καὶ ὡς οὐ μόνου Κύκλωψ καὶ Λαισρυγόνες ἀνθρωποφαγεῖν ἐμελέτων, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι πολλοί. Ἐν γοῦν τοῖς ὕστερον κατ' ἀνδρα τοιοῦτοι διαθέβληνται καὶ τις Χαρίλας κατὰ Ἀρχιλόχου καὶ κωμωδούμενοι (mal. κωμωδοὶ) Κλεώνυμος καὶ Πείσανδρος. Ἄλλ' αὐτοὶ μὲν ἴσως ἀσεΐσμου χάριν ἀνθρωποφαγεῖν ἐσκώφθησαν, ὡς πολυφάγοι. Etiam Aelian. V. H. L. I. 27. Charilaum inter πολυφάγους recenset.

Χρῆμά τοι γελοῖον. Cf. Koen. ad Greg. Corinth. p. 26. edit. Schaef.

Cum hoc versu alios duos aut tres, quos Hephaestio p. 49. profert, viri docti, Gisb. Koen. ad Greg. Corinth. I. c. et Brunck. jungendos censent, quia et metrum idem est et sententia quoque consentit. Sic enim Hephaestio: Ἵπνοῆσαι δ' ἅντις καὶ τρίτην διαφορὰν εἶναι τῷ Ἀρχιλόχῳ πρὸς τοὺς μετ' αὐτὸν, καθ' ἣν ἀναπαίξω δοκεῖ τῷ πρώτῳ χρῆσθαι.

Ἐρέω πολυφίλταθ' ἑταίρων· τέρψαι δ' ἀκούων.

Φιλέειν συγγόν περ ἔόντα, μηδὲ διαλέγεσθαι. ὧ οὐκ ἐχρήσαντο ἐκεῖνοι· φαίνεται δ' οὐκ ἂν αὐτὸς κεχρημένος· δύναται γὰρ ἀμφοτέρω κατὰ συνεκφώνησιν εἰς ἴαμβον περιίσασθαι· ἢ δὲ φαντασία τοῦ ἀναπαίξου γέγυρε διὰ τὴν ἰωνικὴν ἐν ἑκατέρῳ διαίρεσιν. Idem observat etiam p. 27, ubi initium horum duorum versuum conjunctum iterum legitur. cum superiori igitur versu conjunctim sic legendi essent:

Ἐρασμονίδῃ Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον

Ἐρέω, πολυφίλταθ' ἑταίρων, τέρψαι δ' ἀκούων·

Φιλέειν συγγόν περ ἔόντα, μηδὲ διαλέγεσθαι.

Erasmonide Charilae, digna res cachinno

Mihi memoranda, o amice, est, auribusque grata,

Amare superciliosum, colloquique nolle.

Sed quomodo, inquires, Charilaum πολυφίλτατον vocat, cujus tamen πολυφαγίαν carmine perstrinxisse fertur? Tum videlicet ironice id accipiendum et credendum est animis et factionibus civium per varios rerum publicarum casus aut eventus saepe mutatis poetae idem evenisse, quod de Pericle mox fragm. LV. in not. dicetur, qui primum etiam amicus poetae, deinde ob idem vitium ejus carminum maledicentiae obnoxius fuit. Ceterum versus, quem idem grammaticus p. 48. adfert cum observatione esse quidem versum ejusdem moduli, sed poetam duos spondeos in principio posuisse, ad hunc eundem locum videtur spectasse metro eo ducente, ideoque hic adjiciendus. Οὗτος μὲν γὰρ (ὁ Ἄρχιλόχος) τῆ τε τομῆ δι ὅλου κέχρηται ἐφθήμεμεροῦς, καὶ σπονδείους παρέλαβεν ἐν τῷ ἀναπαισικῷ κώλῳ δύο· οἶον.

Ἄσῳν οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν. οἱ δὲ πολλοί. — —

Vid. Hermann. de Metr. Graec. p. 383. „Nos, inquit, simplicissimam rationem secuti hunc asynartetum ex ordine dactylico triplici catalectico cum anacrusi jambica et ithyphallico compositum existimabimus.

ELEGIARUM

FRAGMENTA.

LV.

Κήδεα μὲν ζουόεντα, Περικλεες, οὐδέ τις ἀζῶν
Μεμφόμενος, θαλίης τέρψεται, οὐδὲ πόλις.
Τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Ἔκλυσεν· οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνη ἔχομεν
Πνεύμονας· ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν,
ὦ φίλ', ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν
Φάρμακον· ἄλλοτε δ' ἄλλος ἔχειτάδε· νῦν μὲν ἐς ἡμέας
Ἐτράπεθ', αἱματόεν δ' ἔλκος ἀναζένομεν.
Ἐξαῦτις δ' ἑτέρους ἐπαμείψεται· ἀλλὰ τάχιςα
Τλῆτε γυναικείον πένθος ἀπωσάμενοι.

Grotii Versio.

Qui nimium, Pericles, semper meminere laborum,

Non hos hausta juvant pocula, non epulae.

Illos aequorei merserunt gurgitis undae:

At nimio nobis pulmo dolore tumet.

Una data est superum dono medicina malorum,

Scilicet invicti durities animi.

Nunc ille hanc, nunc alter habet; jam respicit ad nos,

Fessa cruentamus viscera qui gemitu.

Mox alios sors ista manet. durate ferendo

Interea et luctu parcite femineo.

(Grot. p. 513, 14. et not. 536. Brunck. Anal. T. I. p. 40.
fr. 1. Jacobs V. I. P. I. p. 147)

Stobaeus Serm. CXX. p. 615. Fragmentum hoc cum viris doctissimis Schneidero et Jacobs proprie de tempestate et naufragio intelligendum videtur, quo nimirum maritus sororis poetae et forte plures egregii cives cum eo in mari perierant, ita ut universa civitas ea de causa in luctu versaretur. Nam epitheton maris *πολυφλοίσβοιο* vix ad sensum translatum satis accommodatum est, neque ab Homero, a quo desumptum, unquam aliter ac proprie usurpatum. Ceterum hac imagine a mari, tempestate et fluctibus petita, saepe a poetis calamitatem etiam, adversosque fortunae casus vividius proponi, exempla quoque plurima ostendunt. Aeschyl. Prometh. 752. ubi vid. not. Cl. Schützii idem *ἐπτ. ε΄. Θ.* 760. Pers. 598, et apud alios.

V. I. *Κήδεα μὲν σουόεντα*. ab Homero peti-
tum Od. 2. v. 12.

Σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸν ἐπετράπετο σουόεντα —
quae Il. α. v. 445. *πολύσωνα* vocat, quae multa homini suspiria et gemitus exprimunt.

Περὶ κλεεσ. Periclem, quem poeta hac elegia ut amicum aloquitur, inimicum postea factum, carminibus suis insectatus est. (vid. fragm. CXXVI) Neque in tantis veterum rerum publicarum procellis, inquit

Iacobs, ejusmodi animorum conversiones quisquam mirabitur. Idem et poetae nostro adversus Charilaum evenit (v. fragm. praeced.)

Οὐδέ τις ἄσῶν. Sic Gesnerus, neque sententia postulare videtur, ut in αὐτῶν mutetur, quod a Grotio factum. Archilochus enim significat, tam egregiorum virorum interitu in mari singulos cives ita afflictos esse, ut prae animi dolore etiam convivia non celebrent, nec iis delectentur. Cur igitur ἄσῶν mutandum sit? Utitur Archilochus eadem voce fragm. XXXV. et LIV. Opponuntur autem alias ἄσσοι alienae urbis incolis vel ξένοις. Plat. Anal. T. I. ep. 27. Ἄρμενος ἦν ξένοισιν ἀνὴρ ὃδε καὶ φίλος ἄσσοῖς. Erinna ibid. epigr. 2. Αἴτ' ἄσσοι τελέθουτ' αἰθ' ἑτεροπόλεις. Hic singuli cives, toti civitati.

V. 2. Μεμφόμενος θαλίης τέρψεται, οὐδέ πόλις. Sic apud Gesnerum, quod Scaliger mutavit in μεμνόμενος — — οὐδέ ποταίς, Grotius recepit et in interpretatione secutus est. Verum haec emendatio necessaria non videtur, cum lectio, quam Gesn. editio exhibet, sententiam commodam efficiat, modo sic construatur: Κήδεα ζουόεντα μεμφόμενος, οὐδέ τις ἄσῶν, οὐδέ πόλις θαλίης τέρψεται, de gravibus aerumnis, scilicet de interitu tot egregiorum virorum in mari conquereus, nec quisquam civium privatis conviviis, neque civitas universa festis publicis delectari solet. μεμφόμενος hoc sensu cum accusativo construi notum, et simili usu participium saepe occurrere, sic in Anal. T. II. Philipp. Thessalon. ep. 32. Μεμφομένη Βορέην ἐπεπωτώμην ὑπὲρ ἄλμης. Antiphil. T. I. p. 176, 32. Τὴν πελάγευς ἐλπίδα μεμφόμενος, ubi Iacobs ἐλπίδα interpretatur per mala, quae ab undis et tempestatibus navi timenda erant, scilicet naufragium, i. e. τὰ κήδεα ζουόεντα Archilochi. Sic et in alio epigr. Lucilii. Κωφὰ θεῶν ἀδίκων οὐατα μεμφόμενος.

Θολίης, Epulae opiparae, quas Homerus δαίτα θάλειαν vocat. II. η. 475. Schol. θάλλουσαν τοῖς ἀγαθοῖς. Cf. Heyn. ad h. l. Observat. T. V. p. 391. Archil. iterum fragm. LX. Τερπωλὰς καὶ θαλίης ἐφέπων. Dum igitur poeta ait: οὐδέ τις ἀσῶν θαλίης τέρφεται, privatas commissationes et convivia intelligit, quae quisque sibi suisque celebrabat, velut in nuptiis, die natali, aut aliis festis solennibusque diebus: Πόλις οὐ τέρφεται θαλίης, epulas publicas intelligit, quae post ludos, sacrificia aut certis festis diebus universo populo instrui solebant, et δημοθονίαι, vel δημόσιαι θοῖναι dicebantur. Alciphr. L. I. ep. 5. p. 14. Πανηγύρεως ἐν προασειῶ πανδημειτελουμένης καὶ δημοθονίᾳς ἀφθόνου, Χαρίδημος ἐπ' εὐωχίαν συνεκαλεῖτο. Polemon apud Athenae. L. XI. p. 483. C. Ἄλλὰ μὲν ἔτι ἀρχαῖκόν ἦν τὸ τοιοῦτον τῆς ἀγωγῆς, ὃ νῦν δρᾶται παρά τισι τῶν Ἑλλήνων, ἐν Ἀργεὶ μὲν ἐν ταῖς δημοσίαις θοῖναις — πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων. Cf. Charit. L. III. p. 43, ubi Dionysius in nuptiis filiae civitati epulas publicas instruit.

V. 3. Τοίους γὰρ — intellige ἄνδρας vel φίλους formula poetis Graecis multum usitata. Hom. II. ψ. 280. Τοίου γὰρ σθένος ἐσθλὸν ἀπώλεσαν ἠνιοχῆος. Solon in Gnom. Br. fragm. XV, v. 3. Archiloch. fr. LXIX. Τοῖος γὰρ φιλότιτος ἔρως — Etiam sine γὰρ Aeschyl. Pers. 605. Τοίη κακῶν ἔκπληξις — —

V. 4. Κατὰ — ἔκλυσεν. Sic Grotius p. 565. pro ἔκλασεν vel ἔκλαυσ' apud Gesnerum. Κατακλύζειν enim usitatum hac in re verbum. Eurip. Orest. 342. Δαίμων κατέκλυσε Δεινῶν πόνων, ὡς πόντου λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν. Aemil. epig. 3. Anal. T. II. Ἄβαλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου.

V. 4. 5. Οἰδαλέους ἀμφ' ὀδύνη ἔχομεν Πνεύμονας. Gesner. ὕδαλέους in marg. al. οἰδαλέους,

quod Grotius et Brunck. receperunt, et Jacobs illustrat p. 149. l. c. „Cor tumidum, οἰδαλέον, irati, tristes, superbi habere dicuntur. Hom. II. ι. 642. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλω. cf. Triller. Observ. p. 4. Apollon. Rhod. I. 477. Ἡέτοι εἰς ἄτην ζωρὸν μέθυ θαρσαλέου κῆρ Οἰδάνει ἐν σήθησι. de dolore et rebus ingratis Herodotus VII. p. 529. ὁ θυμὸς χρησὰ ἀκούσας τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα· ὑπεναντία δὲ τουτέοισι ἀκούσας ἀνοιδέει.“ At Gaisfordius T. I. Poet. minor. ἔκλυσε· μυδαλέους exhibet, quia Photius in Lexico (ex Suida v. μυδαλέας vid. fr. CLIX.) usum hujus vocis Archilocho tribuit. Verum ut dicam quod sentio, aptum mihi hoc epitheton ad πνεύμονας non videtur, quo dolore humidi dicuntur, qui eo potius exsiccantur. Si essent ὀφθαλμοί, παρειαί recte dicerentur μυδαλέοι vel μυδαλείαι lacrymis; quare ad alium poetae locum haec vox spectasse videtur. Idem etiam ἀμφ’ οἰδύνης ex edit. Trincau.

V. 6. 7. Τλημοσύνην ἔθεσαν Φάρμακον. Locum hunc monente Schneidero (Jacobs l. c. p. 149.) respicit Philostratus V. Apoll. VII. p. 306. Ἐνθυμηθέντας τὸν τοῦ Ἀρχιλόχου τοῦ Παρίου λόγον, ὃς τὴν ἐπι τοῖς λυπηροῖς καρτερίαν τλημοσύνην καλῶν, θεῶν αὐτὴν φησὶν εὐρημα, ἀναφέρειν τῶν σχετλίων τούτων. Praeivit Homerus II. ω. 40. Τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν. Comparat Jacobs etiam Horatii locum I, 24, 19. Durum, sed levius fit patientia, quidquid corrigere est nefas. Φάρμακον. Simonid. apud Stobae. Heeren. T. I. p. 28. Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μούνος ἔχει.

V. 7. Ἄλλοτε δ’ ἄλλος ἔχει τὰδε· sic pro τὸδε reponendum censui, ita ut ad κακὰ in priori versu referatur. Nam τὸδε si retineas, et ad proximum φάρμακον ex lege grammaticae referas, ut a Grotio factum, id sensu invito et repugnante fieri recte observat Jacobs. At vero si τὸδε ad κῶμα e superioribus trahas, etiam

hac ratione vix sententia satis commoda vel certe obscurior inde existit, praesertim si κῦμα proprio, non translato sensu accipias, ut accipiendum est, neque contenderim satis graecum esse ἄλλοτε ἄλλος ἔχει κῦμα. Recepto vero τὰδε omnis sensus et grammaticae difficultas tollitur et sequentia quoque bene consentiunt. Κακὰ ἔχειν malis premi vel afflictum esse, a poetis et prosae scriptoribus recte dicitur. Hom. Odyfs. λ. 480. Ὀυδέ πω ἀμῆς Γῆς ἐπέβην, ὅλλ' αἰὲν ἔχω κακὰ. Eurip. Hecub. 649. Ἴδού με κἀνάθρησον, οἱ' ἔχω κακὰ. Xenoph. Agesil. C. VII, 7. ὡς καὶ βασιλεὺς κακὰ ἔχων μὴ δύνηται τοῖς Ἕλλησι πράγματα παρέχειν. Nunc vero haec mala εἰς ἡμᾶς ἐτράπετο, sed iterum ad alios convertentur, ἐξαυτίς δ' ἐτέρους ἐπαμείψεται. Solon ἄτην ἔχειν idem dicit fragm. 6 in Gnom. ἢν ὀπόταν Ζεὺς Πέμψη τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

V. 16. Τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπώσαμενοι. Hanc verbi τλήμι cum participio constructionem illustrat Jacobs p. 149. item Schaefer ad Sophocl. Elect. v. 943. Ceterum hujus elegiae pars fortassis ille quoque versus est in Eclog. phys. Stobaei T. I. p. 194.

Πάντα Τύχη καὶ Μοῖρα, Περικλεες, ἀνδρὶ δίδωσι.

Omnia Sors homini tribuit Fatumque, Pericles.

LVI.

Ἄλλ' ἄγε σὺν κάθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὲς

Φοῖτα, καὶ κοίλων πάματ' ἀφελκε κάδων.

Ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδέ γαρ ἡμεῖς

Νήφειν ἐν φυλακῇ τῆδε δυνησόμεθα.

Cum cothone citae fac per tabulata carinae
 Vadas, atque cavis deripe vincla cadis,
 Faece tenus vinum rubrum defundito: nam nos
 Non agere has sobrii possumus excubias.

(Brunck. T. I. p. 41. fr. 5. Jacobs V. I. P. I. p. 152.)

Athenae. L. XI. p. 483. D. ubi de poculorum variis generibus agit: μνημονεύει αὐτοῦ (τοῦ κώθωνος) καὶ Ἀρχίλοχος ἐν ἐλεγείοις, ὡς ποτηρίου οὕτως· Ἄλλ' ἄγε σὺν κώθωνι. κτλ.

V. 1. Κώθωνι. — ποτήριον λακωνικὸν fuisse Athenaeus l. c. asserit. Usum et formam ejus sic ex Critia descriptam profert L. XI. p. 483. A. B. Κώθων, λακωνικὸν ἔκπωμα, ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν, καὶ εὐφωρότατον ἐν γυλίῳ, οὗ δὴ ἔνεκα στρατιωτικόν. (cf. Suid. v. κώθων et schol. Aristoph. Ἰππ. 59.) Πολλάκις (γὰρ) ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. πρῶτον μὲν οὖν τὸ μῆλιαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα, εἶτα ἄμβωνας ἔχων ὁ κώθων ὑπολείπειν (ποιεῖ Casaub.) τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. Alii κεράμεον et μωνωτὸν fuisse addunt. Polemon ibid. et Hesych. et Suid. v. κώθων Schol. Aristoph. l. c. — Heniochus apud Athenae l. c. eum sic describit: Πιεῖν τις ἐγγείτω λαβῶν πυριγενῆ, κυκλοτερῆ, βραχύωτον, παχίσομον κώθωνα, παῖδα φάρυγγος, quam vocem Casaub. corruptam esse et cothonem potius τροχῦ παῖδα vocandum judicat; verum παῖδα hic non filium, sed ministrum potius gulae significat, qui strenue vinum suppeditat et in gulam effundit, atque sic etiam Toup. interpretatur Opusc. crit. P. III. p. 330. Cum propter umbones vasis, in quos inter bibendum vinum defluit, bibentes cervicem retrorsum torquere deberent, a Theopompo Comico ibidem σρεψαύχην dicitur:

Ἐγὼ γὰρ (ὄν) κώθωνος ἐκ σρεψαύχενος

Πίσιμι (pro πίσιμαν) τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένους.

Θοῆς διὰ σέλματα νηός. Νῆες θοαὶ et εὔσειμοι in Homero passim obviae. Unde σέλμα pro ipsa navi sumitur. Archimel. Anal. T. II. p. 64. Τίς τόδε σέλμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἴσατο.

V. 2. Πώματ' ἄφελκε κάδων. sic Tibullus. L. II. 1, 27.

Nunc mihi fumosum veteris proferte Falernum

Consulis et Chio solvite vincla cado.

V. 3. Οἶνον ἐρυθρόν. Athenae. L. I. 32. C. vina trium colorum esse dicit: τῶν οἴνων ὁ μὲν λευκός, ὁ δὲ κίττός, ὁ δὲ μέλας, ad quem ὁ ἐρυθρός referendus. Sic Homerus Odyss. v. 196. quem μέλανα οἴνου vocat, v. 208. μελιθεῖα οἴνον ἐρυθρόν appellat, et ibid 163 de eodem, Οὐ γάρπω νηῶν ἐξέφθιτο οἴνος ἐρυθρός. et a Schol. Arist. ad Plut. v. 808. οἴνου μέλανος explicatur ἐρυθροῦ. Aliis in locis Homerus αἶθοπα vocat. Athenae. L. I. 26. Β. Ἐπαινῶν δὲ Ὀμηρος τὸν μέλανα οἴνον αὐτὸν καὶ αἶθοπα καλεῖ. Ἀπὸ τρυγός. vid. Jacobs loca similia Horat. I. ed. 8, 9. et od. 15, 16. et Theophr. VII. 7 et 147. laudantem.

LVII.

Ἄουτοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται, οὐδὲ θαμειαὶ

Σφενδόνας, εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγη

Ἐν πεδίῳ· ξιφείων δὲ πολύκρονον ἔσσεται ἔργον·

Ταύτης γὰρ κείνοι δαίμονές εἰσι μάχης,

Δεσπόται Ἐυβοίας δουρικλυτοί.

Non arcus multi tenduntur, raraque funda
Torquetur, pugnam Marte ciente feram
In campo; gladiis potius res tristis agetur.
Scilicet hoc illi praelium inire sciunt
Fortes Euboeae domini.

(Brunck. T^o I. p. 41. fr. 4. Jacobs V. I. P. I. p. 152.)

Plutarch. in Theseo T. I. p. 10. Οἱ δὲ Ἄβαντες ἐκείραντο πρῶτον τὸν τρόπον τοῦτον (nempe τὰ πρόσθεν τῆς κεφαλῆς) οὐχ ὑπ' Ἀράβων διδαχθέντες, ὡς ἔνιοι νομίζουσι, οὐδὲ Μυσοῦς ζηλώσαντες, ἀλλ' ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχίμαχοι καὶ μάλιστα δὲ πάντων εἰς χεῖρας ὠθείσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀρχιλόχος ἐν τούτοις. "Οὗτοι πόλλ' ἐπὶ κτλ. Cujus tonsurae causam deinde addit: ὅπως οὖν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις. Cf. Brodaeum Miscellan. L. III. c. 8. De Abantibus autem Homerus II. β. v. 536. Οἱ δ' Ἐυβοίαν ἔχον μίνεα πνεύοντες Ἄβαντες, et de ipsorum virtute bellica et ἀγχιμαχία canit:

Τῶν δ' αὖ ἠγεμόνευ' Ἐλεφήνωρ, ὄζος Ἄρηος,
Χαλκωδοουτιάδης, μεγαθύμων ἀρχὸς Ἀβάντων·
Τῶ δ' ἄμ' Ἄβαντες ἔπρουτο θοοὶ, ὅπιθεν κομόωντες,
Αἰχμηταί, μεμαῶτες ὄρεκτῆσι μελίησι
Θώρηκας ῥήξειν δῆϊων ἀμφὶ σήθεσσι.

Ubi vid. schol. et cf. Heynii Observat. T. IV. p. 515. qui et hoc Archilochi fragmentum adfert. Guy Itiner. Litterar. in Graeciam T. I. p. 108. versionis Germanicae apud Thraces et Graecos Negroponti id genus tonsurae adhuc moris esse, aliosque populos memorat, qui ea utuntur.

V. 2. Μῶλον Ἄρης συνάγη. Imago praelii Archilocho cum Homero communis. Il. β. Ἐυχόμενος θάνατόν τε φυγεῖν καὶ μῶλον Ἄρης. ita et Il. π. 245. et σ. 134. vid. Hesych. h. v. et Heyn. T. V. ad Il. η. p. 147.

V. 3. Ξιφείων δὲ πολύζουον ἔσσεται ἔργον. Ξιφείων ἔργον, ipsa pugna, qua οἱ συζάδην μαχόμενοι confligunt. Hom. Il. δ. 470. Ἐπ' αὐτῷ ἔργον ἐτύχθη.

Ἄργαλέον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν. Cf. Heyn. T. I. p. 357. et Il. ζ. 521. Πολύζουον vocat praelium ut rem multas aerumnas πολύζουα κήδεα, adferentem, et gemitus cientem.

V. 4. Δαίμονες. periti. Brunck pro δαήμονες, quod in Plutarcho est, et metro adversatur, reposuit, et Bryanus, monente Jacobs in codd. invenit. Etymol. M. v. αἴμων· ἔσι δαίω τὸ γινώσκω, ἀφ' οὗ — καὶ δαίμων, ὁ αὐτοδίδακτος. Hesych. δαίμων. δαήμων. Hac significatione vocem δαίμων olim in usu fuisse colligere licet ex Cratyl. Platon. T. III. p. 259. Τοῦτο τοῖσιν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας, ὅτι φράνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασσε. Καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα.

LVIII.

Ἄσπίδι μὲν Σαΐωντις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ,

Ἐντος ἀμώμητου, κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

Ἄυτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος· ἄσπις ἐκείνη

Ἐρρέτω· ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω.

Kühnii versio.

Saius ovat clypeo , qui post fruticeta relictus
Excidit invita , morte premente , manu ,
Dum fugiens animum servo, sed o iste valetō!
Non minor amisso mox mihi erit clypeus.

(Brunk Anal. T. I. p. 5. frag. V. Jacobs V. I. P. I. p. 52.)

Fragmentum hoc per partes a pluribus scriptoribus est servatum. Occurrit primum distichon apud Aristophanem *Εἰρήν.* 1296 in contextu, ubi schol. Ἀρχιλόχου δέ ἐστι τὸ δίστιχον· οὕτω δὲ ἔγραφευ ἐπὶ τῇ ἀπορρέψει τῆς ἀσπίδος. Habet idem et Strabo p. 457 et 549, unde in Excerptis ex Strabone inter Geographos minores T. I. p. 517. initium ejus adfertur. Item auctor vitae Arati in Uranolog. Petavii p. 268. Primum distichon et partem versus tertii usque ad τέλος adfert Sextus Empir. in Pyrrh. Hypotyp. L. III. c. 24. 216. Ἀρχιλόχος δέ, ὡς περ σεμνυόμενος ἡμῶν ἐπὶ τῷ τὴν ἀσπίδα ῥίψας φεύγειν, ἐν ταῖς ποιήμασι περὶ αὐτοῦ φησὶν. Ἀσπίδι μ. Σ. κτλ. Tandem reliqua secundi distichi cum primo, omisso tamen priori colo versus tertii (αὐτὸς — τέλος) citat Plutarchus de Lacedaemonicis Institut. T. VI. p. 588, 889, qui propter hos versus Archilochum Lacedaemone eadem, qua venit hora, exire jussum esse addit. Hunc locum spectat etiam Philostrat. Vit. Apollon. p. 55. Ἄρ' οὐ κίεθ' ἄλλοι τε καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἀποβληκότες μᾶλλον ἢ οἱ πονηροὶ στρατιῶται τὰς ἀσπίδας; καὶ τοὶ ἀσπίδος μὲν ἀποβληθείσης ἑτέρα γένοιτ' ὄν τῷ ἀποβαλόντι κακίων οὐδὲν τῆς προτέρας, ὡς Ἀρχιλόχῳ δοκεῖ· φιλοσοφία δὲ πῶς ἀνακτητέα τῷ γε ἀτιμάσαντι αὐτὴν καὶ ῥίψαντι;

Turpissimum vero olim fuisse abjecto scuto fugere vel e praelio redire ex scriptoribus notum. Aelian. V. H. L. X. c. 13. καὶ ἔτι τούτων αἰσχισον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν (ὁ Ἀρχίλοχος) Cf. ibi Kühnium et p. 509. et quos laudat. Item Erasm. Chiliad. II. cent. II, 97. Caryophil. de Clyp. veterum p. 74. et seqq. Klotz ad Tyrtaeum p. 54. v. ατιμία. Imprimis vero hoc Lacedaemone ignominiosum erat et crimini dabatur, cujus rei causam Plutarchus in Apophthegmat. Lacon. T. VI. p. 823. exponit: Ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ τι τοὺς μὲν τὰς ἀσπίδας παρ' αὐτοῖς ἀποβαλόντας ἀτιμοῦσι, τοὺς δὲ τὰ κράνη καὶ τοὺς θώρακας, οὐκ ἔτι; ὅτι, ἔφη (Δημάρατος), ταῦτα μὲν χάριν ἑαυτῶν περιτίθενται· τὴν δ' ἀσπίδα τῆς κοινῆς ταξέως ἕνεκα. At Archilochus hac in re et alios magni nominis poetas imitatores habuit, Alcaeum et Horatium, qui ipsi, ut Archilochus, idem de se in suis carminibus fateri non dubitarunt. De Alcaeo, qui nihilominus ferox bello ab Horatio dicitur L. I. od. 32, 16. (cf. ibi Mitscherlich) Herodot. Terps. p. 95. Πολεμούντων δέ σφρων πανταῖα καὶ ἄλλα ἐγένετο ἐν τῆσι μάχησι· ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητῆς, συμβολῆς γενομένης, καὶ μικρόντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δὲ ὄπλα ἴσχυουσι Ἀθηναῖοι, καὶ σφρα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθηναίων τὸ ἐν Σιγείῳ. Ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλει ποιήσας ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, ἐξαγγελλόμενος τὸ ἐωῦταῦ πάθος Μεναλίπῳ ἀνδρὶ ἐταίρῳ. Vid. Plutarch T. IX. p. 406. de malignit. Herodot. et Fulv. Ursin. in fragmentis Poetarum lyric. p. 314. Strabo p. 895. Horatius autem L. II. od. 7, 10.

Tecum Philippos ot celerem fugam

Sensi relicta non bene parmula.

Quem tamen Lessingius defendit T. III. p. 191.

De hac φιλοψυχία poetarum cf. etiam Muretus Var. Lect. L. IX, c. 2.

Σαΐτων. Sais urbs Aegypti et Thraciae, illius incolae Saitae, hujus Saïi vocati, de quibus hic sermo est. Auctor vitae Arati l. c. Καὶ γὰρ Σαΐς πόλις ἐστὶν ἐν Θράκῃ, καὶ ἑτέρα ταύτῃ ὁμώνυμος ἐν Αἰγύπτῳ. Ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ οἱ πολῖται Σαΐται καλοῦνται, οἱ δὲ τῆς Θράκῃς Σαΐοι, ὡς καὶ Ἀρχίλοχός φησιν· Ἀσπίδα μὲν. κτλ. Schol. Aristoph. Εἰρήν. 1296. Ὁυτος δὲ Ἀρχίλοχος ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον ἐν τῇ πρὸς Σαΐτους μάχῃ (ἐστὶ δὲ ἔθνος Θράκῃς) καὶ φοβηθεὶς ἔφυγε ρίψας ἑαυτοῦ τὰ ὄπλα. Accuratus autem de Sais Strabo p. 547. Τινὲς δὲ Σάμου καλεῖσθαι φασὶν ἀπὸ τῶν Σαΐων τῶν οἰκούντων Θρακῶν πρότερον, οἱ καὶ τὴν ἡπειρου εἶχον τὴν προσεχῆ, εἴτε οἱ αὐτοὶ τοῖς Σαπαίοις οὔτες, ἢ τοῖς Σιντίοις, οὓς Σίντιας καλεῖ ὁ ποιητὴς (Od. d. 295.) εἴθ' ἕτεροι· μέμνηται δὲ τῶν Σαΐων Ἀρχίλοχος. Eustath. ad Diony. Perieg. v. 533. Thraciam ipsam ab hoc populo Samum (Samothraciam) vocatam esse refert. Οἱ δὲ φασιν, ὅτι Σάμος λέγεται ἢ Θρακία, οἶονεὶ Σάος τις, καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ μ Σάμος, ἀπὸ Σαΐων ἔθνους παλαιοῦ οἰκήσαντος αὐτήν, οὗ μέμνηται Ἀρχίλοχος ὁμολογῶν ἄχραντον τὴν αὐτοῦ ἀσπίδα ἐν τῇ φυγῇ πολέμου ρίψαι παρ' αὐτοῖς.

Nominis mutationes quas progrediente tempore varias hic populus subiit, commemorat idem Strabo p. 549. Σίντιες γὰρ ἐκαλοῦντάτινες τῶν Θρακῶν, εἶτα Σίντιοι, εἶτα Σαΐοι, παρ' οἷς φησιν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ρίψαι. — — Οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι Σάπαι νῦν ὀνομάζονται, Πάντες γὰρ οὗτοι περὶ Ἀβδηρα τὴν οἰκισίμ εἶχον καὶ τὰς περὶ Λῆμνον νήσους. Et Excerpta ex Strabone T. II, p. 157. Ad hoc fragmentum referendus videtur etiam locus Pausaniae in Achaicis p. 215, 36. ubi Auctor memoriae lapsu ἐν ἰάμβῳ scripsit. Περσεῖ γὰρ τῷ Φιλίππου πρὸς Ῥωμαίους ἄγοντι εἰρήνην κατὰ συνθήκας, ἃς ὁ πατὴρ οἱ Φίλιππος ἐποίησατο, ἐπῆλθεν ὑπερβῆναι τοὺς ὄρ-

κους, καὶ ἐπίτε Σαπέων τὸν βασιλέα Ἄβρου πόλεως (leg. Ἄβρουπόλιον *) ζυάτευμα ἀγαγῶν, ἐποίησεν ἀναστάτους, Ῥωμαίων συμμάχους ὄντας· Σαπέων δὲ τούτων καὶ Ἀρχίλοχος ἐν ἰάμβῳ μνήμην ἔσχε· Saiorum nempe, qui tempore Pausaniae, non vero Archilochi, Sarpae dicti sunt, Pausaniam voluisse mentionem facere arbitror. De Saiis vid. quem citat Jacobs, Gatterer in Commentar. Soc. reg. Gotting. p. 57.

V. I. Ἀσπίδι — ἀγάλλεται· Excerpta ex Strabon. T. II. p. 517. ἀνείλετο· Erotian Lexic. ἀγάλλεται· Βακχεῖος ἐν δευτέρῳ φησὶ τέρπεται· οὐκ ὀρθῶς· ἔστι γὰρ γαυριᾶν, quae significatio apprime hic convenit.

Παρά θάμνω· Sic Aristoph. Sext Empir. Strabo p. 457. et in marg. al. περὶ θάμνω, et sic etiam in Plutarcho. sed p. 549. in Strabone περὶ θάμνον. Cum παρὰ et περὶ saepe permutentur (v. Casaub. ad Athenae. C. VII. p. 15.) et παρὰ ex observatione Grammaticorum sine motus significatione maxime accusativum adsciscat, praestat fortassis legere περὶ θάμνω. (cf. Schütz. ad Aeschyl. Tom. I. in notis p. 79.) θάμνος autem, ut Photius Lex. explicat, ἐστὶ μὲν τὸ χαμαῖζηλον φυτὸν· λέγεται δὲ καὶ ἑσύνδενδρον τόπος.

V. 2. Ἐντος ἀμώμητων, pro ἐντὸς Brunckius reposuit, observans vocem hanc singulari numero parum usurpari, ἔντεα vero esse apud poetas frequentissimum. Ἐντεα — οὐ πάντα τὰ ὄπλα, ἀλλ' ἀσπίς καὶ περικεφαλαία. Phavor. h. v. Ἀμώμητων. per ἄχραυτον Eustathius supra interpretatur.

*) Hanc veram lectionem esse duco, ut sit ipsius Sarpae Regis nomen, quem Perseus, socium et amicum populi Romani (Liv. XXIV. c. 13. et 40.) regno expulisse scribitur, et de quo Perseus ipse l. c. cap. 41. Quid tandem me facere decuit, quum Abrupolis fines mei regni usque ad Amphipolim vastasset? Pluralis autem συμμάχους ὄντας ad regem et populum Sarpae refertur. cf. Sylburg. ad h. l. p. 438.

V. 3. Hunc versum quidam assumpto initio sequentis ex Aristophane explent, non cognito loco Sexti Empir. sic: Ψυχὴν δ' ἐξείσαυσα φυγῶν. Sed haec non esse Archilochi patet ex Scholiaste, qui tantum distichon Archilochi esse dicit.

Θανάτου τέλος pro Θάνατου circumlocutione poetis inde ab Homero frequentissima. Il. i. 415. Od. ω. 125. Sic Aeschyl. Ἴκε. 49. διὰ μάχης ἤξω τέλος. Εὐμ. 431. αἰτίας τέλος et 726. δίκης τέλος pro δίκη.

V. 4. Ἀσπίς ἐκείνη Ἐρῶ ἔτω. Homericō more fl. 1. 377. v. 349. Od. ε. 179.

Ἐξαυτες, ut fragm. LIV, ionice pro ἐξαυθις, ut Hom. Muretus l. c. ἢ αὐθις.

LIX.

Εἰμι δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίῳ ἀνακτος,
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπισάμενος.

Martis ego regis strenuus pugnare satelles,
Et Musarum etiam munera grata scio.

(Brunck: Anal. T. I. fr. 2. Iacob's V. I. P. I. p 150.)

Athenaeus L. XIV. p. 627. C. Ἀρχίλοχος οὖν ἀγαθὸς ὢν ποιητὴς πρῶτον ἐκαυχῆσατο τὸ δύνασθαι μετέχειν τῶν πολιτικῶν ἀγώνων· δεύτερον δὲ ἐμνήσθη τῶν περι τὴν ποιητικὴν ὑπαρχόντων αὐτῷ, λέγων. Εἰμι δ' ἐγὼ. κτλ. Item Plutarch. in Phocione T. IV. p. 306. Themistius Orat. de regia virt. XV. p. 185. Eustath. Il. p. 153. 4. et 1320. a. .

Εἰ μὶ δ' ἐγὼ Θεράπων. Plutarch. et Themist. Ἀμφότερον Θεράπων. Sed hanc vocem non esse Archilochi jam satis ostendit ipsa sententia, quae ea potius, quam verbo finito carere potest. Patet hoc etiam ex parodia horum versuum, qua usus est Demaratus Lacedaemonius. Cum enim Hadrianus Caesar vel Germanicus in contemptum Graecorum epigramma scripsisset, posuisset quae: Ἐκτορ, ἀρήϊον αἶμα. κτλ. (vid. Anal. T. II. p. 285.) Demaratus clam subscripsit: Θαρσύνει· οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσοισι πρόσωπον (Il. o. v. 70.) Jubente igitur Caesare in auctorem inquire, denuo subscripsit haec Archilochum imitans.

Εἰ μὶ μὲν εὐθώρηκος Ἐνυαλίου πολεμιστῆς·

Εἰ μὶ δὲ καὶ Θεράπων Ἐλικωνίου Ἀπόλλωνος.

Θεράπων Ἐνυαλίῳ Martis ministerio addictus, i. e. bellator strenuus. Sic Ulysses et Diomedes dicuntur Θεράποντες Ἄρης. Il. τ. 47. Tum ad aliorum Deorum etiam ministeria, quibus quis addictus est et excellit, adhibetur, sicut oraculum ipsum Archilochum Μουσῶν Θεράποντα vocavit. vid. Commentar. de Archil. §. XVII. not. e.

Ἐνυαλίῳ ἀνακτορ. Plutarch. et Themist. Ἐνυαλίῳ Θεοῦ. Enyalios idem qui Mars plerumque habetur et a Grammaticis traditur. Archiloch. ipse fragm. LXXXVII. Homerum imitatus, Ἄρην appellat, qui ab Homero Ἐνυάλιος dicitur. Schol. ad Il. ε. v. 333. ἡ γὰρ αὐτῆ Ἐνυὼ δαίμων ἐστὶ πολεμική, ἣς οἱ νεώτεροι ποιηταὶ υἱὸν εἶναι φασὶ τὸν Ἄρεα, καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι Ἐνυάλιον μητρονομικῶς. Distinctus tamen erat a Marte. sic apud Aristoph. Εἰρήν. 456. Ἄρει δέ; — — μὴ μὴ — Ἐνυαλίῳ γε; — μὴ. ubi scholia notant: πρὸς τοὺς οἰομένους τῶν νεωτέρων τὸν αὐτὸν Ἄρεα εἶναι καὶ Ἐνυάλιον κατὰ τὸ ἐπίλεκτον· τινὲς δὲ Ἄρεος καὶ Ἐνυοῦς τὸν Ἐνυάλιον· οἱ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας. Ἀλκμᾶνα δὲ λέγουσιν, ὅτε μὲν τὸν αὐτὸν λέγειν, ὅτε δὲ διαιρεῖν. et Hesych. v. Ἐ

νυάλιος. Munia ejus Plutarchus describit Ἐρωτ. T. IX. p. 35. Καὶ κτείνοντας μὲν ἄρα καὶ κτενομένους ἀνθρώπους, ὄπλα τε καὶ βέλη καὶ τειχομαχίας καὶ λεηλασίας ἐσί τις ἐφορῶν καὶ βραβεύων θεὸς Ἐνυάλιος καὶ ζράτιος.

V. 2. Καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπισάμενος in Plutarch. ἐρατᾶν. Themist. Μουσαίων. Ἐρατὸν δῶρον Μουσῶν poesis usitato poetis more dicitur a Musis concessa, de quo agit Dorvillius Vanno crit. p. 642. seqq. Mitscherlich ad Horat. L. II. od. I. 38. qui et Archilochi nostri locum adfert.

LX.

Οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι, οὔτε κακίων
Θήσω, τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.

Xylandri Versio.

Nam neque restituum lacrymis, neque deteriolem,
Quaerens delicias vinaque, rem redigam.

(Brunck. Anal. T. I. p. 41. fr. 7. Jacobs. V. I. P. I. p. 153.)

Plutarch. de audiend. poet. T. VI. p. 117. πάλιν ὁ Ἀρχίλοχος λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θαλάσσαν, οἶνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διαουρούμενος, αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἶρηκεν. Οὔτε τι γ. κτλ.

Ἰήσομαι. Euripid. Orest. 650, 51. Ἀμαρτίαν

Τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν τ' ἰώμενος. et Aristoph. Plut. 1088. Οὐκοῦν τρύγχιπος ταῦτα πάντ' ἰάσεται. Cf. Dorvill. ad Chariton. Animadv. p. 256.

LXI.

Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέληα
Ἕφαισος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη.

Xylandri Versio.

Si caput illius pulchraque membra simul
Vulcanus puris tunicis velata cremasset.

(Brunck Anal. T. I. p. 41. fr. 6. Jacobs. Vol. I. P. I. 153.)

Plutarch. de audien. poet. T, VI. p. 81. ὅταν δὲ
(Ἀρχίλοχος) τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θα-
λάττῃ, καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς λέγει θρηνηῶν, με-
τριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, Εἰ κείνου κ. κ. κτλ.
τὸ πῦρ οὕτως, οὐ τὸν θεὸν προσηγόρευσεν.

Ἀμφεπονήθη. Sic Plutarchus, quod etiam Wytten-
bach. servavit. Brunckius ἀμφεπολήθη Sed jam in Ho-
mero illud verbum de curandis mortuis usurpatur. II.
ψ. 159. τὰ δ' ἀμφεπονησόμεθ', οἷσι Κήδεός ἐσι μάλι-
σα νέκυσ. Od. v. 307. Καί κέ τοι ἀντὶ γάμοιο πατήρ
τάφου ἀμφεπονεῖτο.

LXII.

Πολλὰ δ' εὐπλοῖμου πολιῆς ἄλός ἐν πελάγεσσι.
Θεσσάμενοι γλυκερὸν νόσον. — —

Orantes multum, placidis sibi ut aequoris undis
Contingat suavis reditus. — —

Scholiast. Apollon. Rh. L. I. v. 324. Θεσσάμενοι.

ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες. Δέσθαι γὰρ τὸ αἰ-
τῆσαι καὶ ἰκετεῦσαι· Ἀρχιλόχος· Πόλλα δ' κτλ. Phavorin.
v. Θεσσαμένοι pentametri initium adfert.

Εὐπλοῖμου. Sic pro εὐπλοκάμου reponendum duxi,
quod in scholiaste est, et mari haudquaquam convenit.
εὐπλόϊμος vero, sicut πλόϊμος, aptum est epitheton
maris. Hesych. Εὐπλόϊμος· εὐπλωτος.

Πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι. Cum Homero
Archilochus consentit II. ε. 333. Νῦν δ' ἁλὸς ἐν πε-
λάγεσσι Θεῶν ἐξ ἔμμορε τιμῆς. Aesch. Pers. 425. πείλα-
γίαν ἄλα, et Eurip. Androm. 1012. ἄλιον πέλαγος vo-
cat. (Wakefield Sylv. crit. T. II. p. 39. seqq. et T. V.
p. 34.) πολιὸς etiam jam inde ab Homero perpetuum
epitheton maris. II. α. v. 350. ubi scholia explicant λευ-
κῆς διὰ τὸν ἀφρόν, qui et ipse πολιὸς dicitur. Callimach.
H. in Del. v. 14. Theogn. v. 10. Γήθησεν δὲ βαθὺς
πόντος ἁλὸς πολιῆς.

Θεσσαμένοι. Jam supra a Schol. Apoll. Rh. ex-
plicatum, ita et Hesychius interpretatur per αἰτεῖν, ἰκε-
τεῦειν· Antipator Sidon. epigr. 108. v. 5. Νόσιμον εὐ-
πλοῖην ἀρατό τις.

Inter fragmenta Elegiarum haec posui, tum quia
ultima verba facile indicant pentametri initium, tum
etiam quia Archilochum epico versu continuo scripsisse
auctores non memorant. Nam Nicephorum, qui sua aeta-
te Archilochum ipsum jam non legit, ea in re deceptum
esse, supra ostendi (vid. commentar. §. XIX.) Neque
dubito hoc fragmentum, sicut praecedentia, partes
esse elegiae vel elegiarum, quibus in obitum mariti so-
roris per naufragium conscriptis vel in questus se pro-
fundebat, vel animum a luctu revocare, seque ipse alios-
que de ejus interitu consolari voluit. Ad has etiam per-
tinet animadversio Longini S. 10. n. 7. pctius, quam ad
trochaicum tetrametrum, quo Tollius referre vult, cum
de naufragio sermo sit, de quo his carminibus queritur.

Τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπειπλά-
 σάτο (Ὁμηρος), καὶ μονουοῦκ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κιν-
 δίνου τὸ ἰδίωμα· οὐκ ἄλλως Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου.

LXIII.

Ἄρχιλοχος τὸν Νάξιον (οἶνον) τῷ νέκταρι πα-
 ραβάλλει, ὃς καὶ πού φησι,

Ἐν δορὶ μὲν μοι μάζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος

Ἴσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλίμενος.

Versio Petavii ad Synesium.

Maza mihi hastato praebetur, Bacchus in hasta

Ismaricus; dum me sustinet hasta, bibo.

Athenae L. I. p. 30. F. Synesius Epist. CXXIX. Sui-
 das v. ὑπνομαχῶ et partem ejus v. Ἴσμαρικός οἶνος· Eu-
 stathius Odys. i. T. III. p. 1682. Phavorin. p. 390.

V. I. Μάζα, scribitur et μάζα. Moeris p. 258. μά-
 ζαν προπερισπωμένως καὶ μακρὸν, ἄττικῶς· βαρυτόνως καὶ
 βραχέως, ἑλληνικῶς. — Hesych. μάζα· ἄρτος, φύραμα·
 κυρίως δὲ μάζα ἢ τροφή ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου, et
 Schol. Arist. Εἰρήν· v. 1. Hesiodo Ἔργ. 588. dicitur μάζα
 ἀμολγαίη — quam Tzetzes inter alia ἄρτου — γάλακτι
 πεφυρμένον exponit. Sed videtur sane μάζα aliud antiquiori-
 bus, aliud posterioribus temporibus fuisse, ideoque varie
 exponi et intelligi. Certe a pane, ἄρτω apud veteres di-
 stinctam fuisse manifestum est. Aristoph. Ἐκκλήσ. v. 602.
 Ἄρτους, τεμάχη, μάζας· et Plut. v. 192. ubi scholia
 non satisfaciunt et v. 352. Οὐ γὰρ ἐθέλησει φαγεῖν οὐτ'

ἄρτον οὔτε μάζαν. Xenophon. Cyrop. L. I. c. 2, 11. Unde satis apparet ἄρτον et μάζαν, quam Küsterus turandam interpretatur, non fuisse eadem. Optime vero hanc rem dilucidavit Marsilius Cagnatus Var. Observ. L. I. c. 29, ubi ex Hippocrate praecipue ostendit, ἄρτον et μάζαν ubique distinguere, et ita differre, ut panis ἄρτος e tritico, μάζα vero ex hordeo conficeretur. Ad quod firmandum classicum locum Hippocratis ex libro de veteri medicina hunc adfert: Ἐκ μὲν οὖν τῶν πρῶτων βρέξαντες καὶ πίσαντες καὶ καταλέσαντες καὶ διασήσαντες καὶ φορύξαντες καὶ ὀπτήσαντες ἀπετέλεσαν ἄρτον, ἐκ δέ γε τῶν κριθῶν, μάζαν. Apud posteriores autem scriptores vocabulum μάζα aliter usurpari coeptum est. Ceterum μάζα inter viliores et populares cibos erat, ut ex Aristoph. Πλούτ. apparet, ubi Cario μάζαν inter cibos serviles commemorat. Vid. Marsil. Cagnatum l. c. Pane, ἄρτω certe vilior, ut etiam ex Solonis instituto colligitur Athenaei. L. IV, 137. C. Σόλων δὲ τοῖς ἐν πρυτανείῳ σιτουμένοις μάζαν παρέχειν κελεύει, ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς παρατιθέναι.

Οἶνος Ἰσμαρικὸς. Suidas. Ἰσμαρὸς δὲ πόλις ἢ νῦν Μαρώνεια λεγομένη. et Steph. Byzan. Πόλις Θράκης τῶν Κικόνων et v. Μαρώνεια. Item mons Thraciae, ad quem urbs videtur sita fuisse, unde et mons et urbs vino celebris. Virg. Georg. L. II. v. 37. Juvat Ismara Baccho Conserere. Vinum hoc generosissimum, quod etiam Μαρώνειον dictum est, jam Homerus celebrat Od. i. v. 196. seqq. et ejus virtutes v. 204 sic describit: Οἶνον — —

Ἦδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτόν — —

Τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιθεῖα οἴνου ἐρυθρόν,

Ἐν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνά εἴκοσι μέτρα

Χεῦ· ὁδμὴ δ' ἠδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὁδώδει

Θεσπεσίη.

Unde Plinius L. 14. c. 4. Vino antiquissimo claritas Maroneo in Thraeciae maritima parte genito, ut auctor est Homerus. — et paullo post: Maroneum viciis tanto addito aquae miscendum Homerus prodidit. Atque hoc, utut fabulosum videri possit, Mutiani ter consulis, qui tanto tempore post res Trojanas in ea regione fuit, testimonio confirmatum esse refert, singulos sextarios vini octonis aquae misceri. Vid. et Eurip. Κύκλ. v. 141.

Ἐν δοῦρι κεκλιμένος. Schweighaeus. Athenae. T. I. 118. ἐν δοῦρι κεκλιμένος, ac si mutilatus hexameter esset. sed pentameter optime habet, (Jacobs Additam. p. 30.) κεκλιμένος enim secundam corripit. Il. ε. 709. Callimach. H. in Apoll. Οἷ ῥα παρ' αὐτὸν Κεκλιμένοι ναίουσι βροῦς πόρον.

Simile huic fragmento Archilochi est illud scolion Hybriæ, poetae Cretensis apud Athenaeum L. XV. p. 695. F. quod a doct. Hermanno de Metris Graecorum sic constitutum est:

Ἔσι μοι πλοῦτος μέγα δόρυ
 Καὶ ξίφος καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόσλημα χρωτός.
 Τούτῳ γὰρ ἄρῳ, τούτῳ θεράζω,
 Τούτῳ πατέω τὸν ἀδὺν οἶνον
 Ἄμπέλω, τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι. κτλ.

LXIV.

Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
 Ἐυήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

*Ficus cornices ut alens in rupe frequentes ,
Externos recipit sic bona Pasiphile.*

(Brunck T. III. Lect. p. 256. fr. 45. Jacobs V. I. P. I. p. 178.)

Athenaeus L. IX. p. 594. Β. Διαβόητος δ' ἑταῖρα γέγυρε καὶ ἡ Μιλησία Πλαγγών, ἧς περικαλλεστάτης οὔσης ἠράσθητις νεανίσκος Κολοφώνιος, Βακχίδα ἔχων ἐρωμένην τὴν Σαμίαν. Λόγου οὖν προσενέγκαντος τοῦ νεανίσκου πρὸς αὐτήν, ἡ Πλαγγὼν ἀκούσασα τῆς Βακχίδος τὸ κάλλος, καὶ ἀποτρέψαι θέλουσα τὸν νεανίσκον τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος, ὡς ἀδύνατον ἦν, ἤτησε τῆς συνουσίας μισθὸν τῶν Βακχίδος ὄρμου διαβόητου ὄντα. Ὁ δὲ σφοδρῶς ἐρῶν ἠξίωσε τὴν Βακχίδα μὴ περιῖδεν αὐτὸν ἀπολλύμενον· καὶ ἡ Βακχίς τὴν ὄρμην κατιδοῦσα τοῦ νεανίσκου ἔδωκε. Πλαγγὼν τε τὸ ἄξιλον συνιδούσα τῆς Βακχίδος, τὸν μὲν ἀπέπεμψε ἐκεῖνη, τῷ δ' ὠμίλησε, καὶ τοῦ λοιποῦ φίλαι ἐγένοντο, κοινῶς περιέπουσαι τὸν ἔρασην. Ἐφ' οἷς Ἴωνες ἀγασθέντες, ὡς φησι Μενέτωρ ἐν τῷ περὶ Ἀναθημάτων, Παμφίλαν ἐκάλουσεν τὴν Πλαγγῶνα. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀρχιλόχος περὶ αὐτῆς ἐν τούτοις. Συκῆ π. π. κτλ.

Exstat de Plangone aliqua epigrammata Asclepiad. Anal. T. I. p. 217, 29, quae Veneri flagellum purpureum et frena dedicat, victoria de sui generis muliere reportata. Plango alia memoratur ab Anaxila ἐν Νεοττίδῃ Athenae. XIII. p. 558. a Plangone unguentum etiam nomen habuit, de quo Helladius apud Photium in Biblioth. p. 1585, 57 Πλαγγόνιον dictum, cuius et Pollux L. IV. segm. 104, Clem. Alex. Paedag. T. I. c. 8. et Athenaeus L. XV. meminere, sed omnes hae ab illa Archilochi, ut facile apparet, diversae; postrema Elea fuit, illa Milesia.

Πασιφίλη. Brunck. Πασφάη. nescio de qua cau-

sa. Poeta enim nomen ejus ab Ionibus illi datum Παμφίλη exprimere voluit.

LXV.

Ξείνια δυσμενέσιν λυγρὰ χαριζόμενος.

Hostes muneribus tristibus afficiens.

Schol. Sophocl. Elect. v. 96. Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξείνισε — ἀντί τοῦ ἀπέκτεινε· ξείνια γὰρ Ἄρεος τραύματα, φόνοι καὶ Ἀρχιλοχος· Ξείνια δ. λ. χ. ubi tamen male legitur ξείνια δυσμενέσσι. Eadem habet Suidas v. ξείνια et ἐξείνισεν.

Ξείνια. Sic Eurip. Helen. 487. Θάνατος ξείνιά σοι γενήσεται. Sic et ipse Archilochus fr. LXXXVII. ἀνιγρὰ Ποσειδῶνος δῶρα vocat naufragium et mala, quae a mari oriuntur. Mnasalc. Anal. T. I. p. 191. ep. 6.

Ἴους δὲ πτερόεντας ἀνὰ κλόνον ἄνδρες ἔχουσιν
Ἐν καρδίαις, ὅλου ξείνια δυσμενέες.

Vid. ibi Jacobs V. I. P. I. p. 401. qui hunc Archilochi locum quoque comparat.

LXVI.

Αἰσιμίδη, δηλήμον' ἐπίρρησιν μελεδαίνων
Ἵουδεις ἂν μάλα πόλλ' ἱμερόεντα πάθοι.

Aesimide, verbis alios reprehendere acerbis

Qui studet, is pauca hinc gaudia percipiet.

Orion Thebanus, quem Ruhnken. Auct. Hesych. I. p. 1380. ex Ms. excitat: Ἐπίρρησις, ὁ ψόγος καὶ ἡ κακηγορία, ἔνθεν λοιπὸν καὶ ἐπίρρητος. Ἀρχίλοχος ἐν ἔλεγείοις. Αἰσιμίδη δηλοῦμεν ἐπίρρησι μελ. Οὐδ. α. μ. π. ε. π. Haec Ruhnken. eod. l. correcta dedit et justo metro accomodata, quem etiam secutus sum, nisi quod pro Αἰσιμίδης, vocativum adsumsi Αἰσιμίδη, quo poeta eum adloquitur, et apud quem fortasse conquestus est, quantum ex hoc disticho conijcere licet, se acerbis jambis suis multas sibi similtates et molestias arcessere.

Αἰσιμίδη „Αἰσιμίδης patronymicum est ex Αἰσιμος, — Hesychius. Αἰσιμίδαί· οἰκίας γένος, quanquam hic locus alio pertinere videtur.“ Ruhnken.

E P O D O R U M

FRAGMENTA.

LXVII.

Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε·
Ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καὶ τὸς ξυνωνίην
ἔθεντο. — — —

Haec inter homines fabula est ;
Aliquando vulpes atque aquila consortium
Iniere. — — —

(Brunck T. I. p. 46. fr. 38. Jacobs V. I. P. I. p. 173.)

Ammonius de Different. V. v. αἶνος καὶ παροιμία.
— ὁ μὲν γὰρ αἶνος ἐστὶ λόγος κατὰ ἀναπίλησιν μυθικῆν
ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος, ὡς φη-
σι Λούκιος Ταρραῖος ἐν πρώτῳ Παροιμῶν· οἷον ἀπὸ ἀλό-
γων, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ. Αἶνος τ. α. κτλ. Occurrunt ii-
dem versus in scholiis minor. ad Od. ξ. v. 509, apud
Eustath. II. λ. T. II. p. 885, 4. T. III. 1768, 61.
apud Apostolium in praefat. p. 2. Phavorin. v. αἶνος.
Fragmentum autem epodi esse videtur, cui aliquid ut
prooemium praemisum fuit, sicut fit in sequenti frag-

mento, et constitisse versibus trimetris, adjuncto dimetro, quales sunt plures epodi Horatii. Tales vero epodos Archilochum scripsisse in Lycamben, et in iis fabulis usum esse testantur auctores. M. Victorinus L. II. p. 2552. Est enim hoc carmen (jambicum) aptum lacerationi et conviciis, plerumque trimetro versu, epodo sequente, compositum, ut: Mala soluta navis exit alite, Ferens olentem Maevium. Archilochus in Lycamben hoc metro saevit. Terentian. p. 2428, ubi sermo de epodo est, cujus jambico trimetro subjicitur dimeter: Archilochus isto saevit iratus metro Contra Lycambem et filias. Philostr. Imag. 3. p. 766. Ἐμέλησε μὲν γὰρ Ὀμήρω μύθου καὶ Ἡσιόδω, ἔτι δὲ καὶ Ἀρχιλόχῳ πρὸς Λυκάμβην. Unde verosimile est, versus ita, ut constitui, recte constitutos esse. Valckenarius ad Ammoniam eos primum in jambicos dimetros et in nota 17, insertis quibusdam verbis, in trimetros sic redigit:

Αἰνός τις ἔς' ἀρχαῖος ἀνθρώπων ὄδε·

Ὡς ἀρ' ἀλώπηξ κερδαλή τε καί τ' ἄετος·

Ἐυωνίην ἔθεντο. — —

Et Brunckius eum sequitur. Verum haec verba ad explendum numerum precario assumpta esse patet, non suffragantibus auctorum locis, in quibus ne vestigium quidem eorum apparet: nam κερδαλή ad sequens fragmentum manifesto pertinet. Meminere hujus fabulae etiam scholia Townl. apud Heynium Observ. T. VII. p. 70. ad Il. τ. v. 407. Πρῶτος δὲ Ὀμηρος τοῦτο ἐπέειπεν (ut nimirum bruta loquerentur) Ἡσιόδος δὲ ἐπὶ τοῦ ἱέρακος, Ἀρχιλόχος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄετου. Sed apud Aristophan. Ὀρν. 652, ea Aesopo tribuitur; sic enim Philetaerus:

— — "Ορα νῦν, ὡς ἐν Ἀισώπου λόγοις
 "Ἐς αὐτὸν λεγόμενον δὴ τι· τὴν ἀλώπεχ' ὡς
 Φλαύρωσ ἐκοινωνήσεν αἰετῷ ποτε.

Verum scholiastes recte observat, ὅτι σαφῶς ἀντί-
 θεσαν Ἀισώπῳ τοὺς λόγους καὶ τοῦτον τὸν παρὰ Ἀρχιλό-
 χῳ λεγόμενον, καίτοι πρεσβυτέρῳ. Tribuebant enim
 omnes, ut videtur, fabulas Aesopo, quae ejus more com-
 positae essent, ita ut Philostratus l. c. recte diceret,
 φοιτῶσιν οἱ μῦθοι παρὰ τὸν Ἀισώπου ἀγαπῶντες αὐτὸν,
 ὅτι αὐτῶν ἐπιμελεῖται. Atque sic etiam fabularum Aeso-
 picarum collectio facta esse videtur, ut, quidquid fa-
 bularum talium occurreret, in eam conferretur. Nam
 in hac ipsa collectione fabula de vulpe et aquila prima
 statim est, et aptam ad castigandam Lycambae perfidi-
 diam doctrinam continet. Ἄετός καὶ ἀλώπηξ φιλιωθέντες
 πλησίον ἀλλήλων οἰκεῖν ἔγνωσαν. κτλ. Eam et Huschke
 adfert e cod. Augustan. Miscellan philol. P. I. p. 6.
 quae in Schneideri Fab. Aesop. I. est. Vid. et Phae-
 drus, qui eandem L. I. 28. narrat.

V. 1. Αἰετός τις — Apostol. mal. τοῖς ὅδε —
 Schol. Homeri et Eustath. T. II. omittunt ὅδε. Idem
 T. III. ὁδ' ὡς.

V. 2. Ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καὶ αἰετός. Schol. ἄρα, ce-
 teri ἄρ vel ἄρ', sed scribendum ἄρ', uti Valckenar. ad
 Phoen. v. 569. asserit. „Vulgo quidem ἄρα interro-
 gat, ἄρα concludit argumentationem, sed hoc adfir-
 mandi significatu positum apud poetas, ubicunque ver-
 sus syllabam poscit longam, ἄρα quoque scribendum,
 optime decernit Dorvillius Vanno crit. p. 227.“

Καὶ αἰετός. Schol. καὶ αἰετός. Eustath. T. II. et Phavor.
 καὶ αἰετός. Eustath. T. III. ἢ δ' αἰετός, repugnante metro.

Ξυνωσίην Schol. et Eustath. T. III. ξυνωσίαν
 addens; ἔνθα ὄρα τὸ ξυνωσίην παραχθῆν ἐκ τοῦ ξυνοῦ —
 ἵνα ἢ ἢ ξυνωσία, ἢ κοινωνία.

"Ἐθευτο. Schol. ἔμιξαν, et Eustath. T. III, qui notat, ἢ καθ' ἑτέραν γραφήν ἔθευτο.

Hujus epodi pars forsitan quoque est fragm. LXXXIX, quae est Huschkii sententia.

LXVIII.

Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη,
Ἄχνημένη σκυτάλη·
Πίθηκος ἦει θηρίων ἀποκριθεὶς
Μοῦνος ἀν' ἐσχατιήν.
Τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο
Πυκνὸν ἔχουσα νόον.

Narrabo vobis fabulam, o Cerycide,
Nuncius haud hilaris.
Solus relictis ibat extrema feris
Simius in sylva.
Astuta vulpes facta huic est obviam,
Subdola multa sciens.

(Brunck l. c. fr. 39. Jacobs V. I. P. I. p. 174.)

Ammonius l. c. qui fragmento priori hos versus mox subjungit: καὶ πάλιν λέγει· Ἐρέω τιν'. κτλ. et post σκυτάλη addit: εἶτ' ἐπιφέρει, quae verba interjecta non videntur indicare, deesse aliquid vel intermitteri, sed hic incipere exemplum fabulae, quod ad illustran-

dam vocem αἶνος adfert, adeoque priores versus cum sequentibus non interrupto ordine conjungendi sunt. Occurrunt iidem, omissis duobus primis, apud Eustath. T. III. p. 1768. et apud Apostol. l. c. integri. Ad fastum Lycambae deridendum hanc fabulam Archilochum adhibuisse judicat Huschke Miscell. philolog. P. I. p. 27. quam vide in Schneideri Fab. Aesop. n. XIV: Ἄλωπηξ καὶ πίθηκος. Quid vero si illam hac trahas fabulam de Simio et vulpe, quae in appendice Marqu. Gudii 22 est? Rogabat vulpem simius caudae suae De magnitudine aliquid ut sibi daret, etc. Eadem inter fabulas Aesop. Nilantii est 36.

V. 2. Ἀχρυμένη σκυτάλη. Schol. Pind. Olym. 6. v. 154. ad verba: ἠὺκόμων σκυτάλα μοισῶν τῶν εὐκόμων μουσῶν ἄγγελε καὶ κήρυξ· σκυτάλην γὰρ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος λεγούσιν, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος. Ἀχρυμένη σκυτάλη· et reliqua quae de scytala Lacedaemoniorum habet, de qua multi auctores. Xenoph. Ἑλληνικ. L. III. c. 3. 89. Cornelius Nep. Pausan. C. 3. Tzetzes Chiliad. IX. 141. Adrian Junius Animadv. L. IV. c. 14. Crellii Dissertatio de Scytala Laconica. Lips. 1697. Ἀχρυμένη σκυτάλη significat igitur tristem nuncium, i. e. eum, qui, quae tristia et animo gravia esse, eumque angere possint, nobis renunciat, et ab Euripid. Hecub, 109. κήρυξ ἀχέων dicitur. Sic ei, in quem hoc carmen scriptum est, sive Lycambes sive alius sit, quem Κηρυκίδαην appellat, Archilochus vitia ejus vel improbitatem palam faciens et exagitans nuncius tristis est et ingratus. Ex his intelliguntur illa Plutarchi T. IV. p. 579. Ἀλλὰ μὴν ὁ Νειλόξενος ἔφη, τὴν μὲν τοῦ Αἰθίοπος ἐπίταξιν οὐδὲν ἄν τις ἄλλο πλὴν ἀχρυμένην σκυτάλην προσείποι κατ' Ἀρχίλοχον, rem scilicet, quae et difficultate sua, et ἀτοπία curam facere et animum torquere possit, ut nuncius ingratus. Xylander et Reiskius ἀχρυμένην legendum putant, et

confractam, festucam vel scuticam interpretati sunt. Accuratus sine dubio haec ab Apollonio Rhodio in deperdito ejus opere περι Ἀρχιλόχου exposita sunt, Athenae, L. X. 451. D. ὅτι δὲ λευκῶ ἱμάτι περιειλοῦντες τὴν σκυτάλην οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔγραφον, ἃ εἰδούλοντο, εἴρηκεν ἱκανῶς Ἀπολλώνιος Ῥόδιος ἐν τῷ περι Ἀρχιλόχου. De hac scytala etiam Aristophanes Grammaticus librum singularem scripsit, quem laudat Athenae. L. III. p. 85. ἐν τῷ περι ἀχτυμένης σκυτάλης (cf. et Diogeni. Proverb. III. 25 et Erasm. Adag. Chil. II. c. 2. pr. 1. p. 448.) Alio fine Demetrius περι ἑρμην. c. 5. hunc versiculum excitat: Καὶ οὐκ ἂν τὴν Ὀμήρου Ἰλιάδα πρεπόντως τις γράψειεν ταῖς Ἀρχιλόχου βραχέσιν, οἷον ἀχτυμένη σκυτάλη.

V. 3. Πίθηκος ἦει. Huc respicit fortassis Aristides. T. II. p. 307. περιέρχονται δὲ ἄλλως βροτῶν εἰδωλα καμάντων, Ἡσιόδου κηφῆνες, Ἀρχιλόχου πίθηκοι, δύο μορφὰς ἔχοντες ἀντὶ τριῶν τῆς τραγικῆς βοῆς· nisi per πιθήκους Archilochi vel ineptos Archilochi imitatores vel etiam conviciatores intelligere malis.

V. 4. Ἐσχατιήν. locum solitarium interpretatur Jacobs, p. 174, (cf. quos ibi auctores allegat) Suid. ἔσχατον τόπον γῆς, ἢ τὰ νομὰς ἔχοντα χωρία. Odys. σ. 357. Ἄγρου ἐπ' ἔσχατιῆς.

V. 5. Τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλή. Haec de subdola vulpe fabula magnam apud veteres celebritatem nacta est, ab auctoribus saepe memoratur, et κερδαλή ἀλώπηξ, vel Ἀρχιλόχειος ἀλώπηξ etiam in proverbium abiit, quo hominem astutum et fraudulentum notabant, Plato T. VI. p. 222. de Republ. L. II. Πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλω περι ἑμαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραφτέου, τὴν τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἐλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλήν καὶ ποικίλην. ad haec alludit Themist. orat. XXII. de Ver. amicit: Φύονται δὲ τινες καὶ ἐν ἀνθρώποις ἀλώπεκες, μᾶλλον δὲ ἀνθρώπια σμικρὰ δὲ καὶ ἀνελεύθερα τὰς ἀλώπεκας ὄπισθεν ἐφελκόμενα.

Dio Chrysost. orat. 36. de Incredul. p. 640. Τὸν δὲ Λύσανδρον τὸν Λακεδαιμόνιον γνώμην ἀποφαίνεσθαι λέγουσιν, ὅτι τοὺς μὲν παῖδας ἀσραγάλοις καὶ σφαίραις ἐξ-απατᾶν δεῖ, τοὺς δὲ ἄνδρας ὄρκοις καὶ χρήμασιν· ἢ κερ-δαλῆ δὲ ἀλώπηξ ἑτέρα τίς ἐστι παρ' Ἀρχιλόχῳ. Her-mogen. in Progymnasm. T. VIII. p. 5. Biblioth. an-tiquae Litteraturae: Φαίνονται δὲ ἐν τούτῳ (τῷ μύθῳ) χρησάμενοι καὶ οἱ ἀρχαῖοι, Ἡσίοδος μὲν τὸν ἀηδόνοσ εἰ-πὼν, Ἀρχιλόχοσ δὲ τὸν τῆσ ἀλώπεκοσ. Hinc Priscianus p. 1330. inter veteres Grammaticos Putschii. Basi-lius orat. de legendis ethnicis: Ἡμεῖσ δὲ τὴν ἀνθρώπειαν ἀρετὴν οὐκ ἐξαρκεῖν καθ' ἑαυτὴν πρὸσ κόσμον ὑπολαμβάνοντεσ, ἐλάττονοσ αἰσχύνησ ἀξία ποιεῖν οἴομεθα; ἀλλὰ εἴη-τα πλοῦτοσ μὲν ὑπεροψόμεθα, καὶ τὰσ διὰ τῶν αἰσθήσεωσ ἡδονὰσ αἰτιάσομεν, κολακείασ δὲ καὶ θωπείασ διωξόμεθα καὶ τῆσ Ἀρχιλόχοσ ἀλώπεκοσ τὸ κερδαλέον καὶ ποικίλον ζηλώσομεν. Haec postrema etiam S. Maxi-mus in Excerpta retulit. T. II. p. 565. Iterum The-mistius Orat. 55. Καὶ τὴν Ἀρχιλόχοσ ἀλώπεκα τοῖσ λέουσι καὶ παρδάλεσι παραβάλλομεν.

Hujus epodi pars est etiam sine dubio ille trimeter, quem apud Aristophan. Acharn. v, 120, 21 scholiastes profert:

Τοιάνδε δ', ὦ πίθηκε, τὴν πυγὴν ἔχων.

Hujusmodi qui culum habes, o simie.

Ubi Aristophanes: τοιάνδε δ', ὦ πίθηκε, τὸν πύ-γων ἔχων Ἐυνοῦχοσ ἡμῖν ἡλθεσ ἐσκευασμένος. schol. καὶ τοῦτο παρωδήκεν ἐκ τῶν Ἀρχιλόχοσ ἐπωδῶν (pro ἐ-πῶν Huschke). Τοιάνδε δ' ὦ. κτλ. Putat quidem Husch-ke etiam v. 119. ὦ Θερμόβουλον προκτὸν ἐξυρημένε et v. 121. Ἐυνοῦχοσ ἡμῖν ἢ. ἐσκ. ad hunc Archilochi lo-cum pertinere, sed prior v. 119. est parodia versus Euripidis. Ita enim ibi scholiastes: ὦ Θερμόβουλον πα-

ρωδία χρῆται· ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδεΐᾳ Εὐριπίδου· ὡς Σερ-
μόδουλον σπλάγγνου· οὗτος οὖν σκόπτων Εὐριπίδην προσ-
έθηκε πρωκτὸν παρὰ προσδοκίαν. Neque etiam posterior
v. 121. potius Archilochi quam Aristophanis esse vide-
tur; scholiastes saltem eum parodia non complectitur.

LXIX.

Τόσος γὰρ φιλότιτος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεῖς
Πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε,
Κλέψας ἐκ σιθέων ἀπαλὰς φρένας. — — —

Grotii Versio p. 262.

Quippe meo vis tanta cupidinis involuta cordi
Offudit atras visui tenebras,
Mentem ipsam rapiens e pectore.

(Grot. p. 263. Brunck T. I. p. 44. fr. 24. Jacobs Vol. I. P.
I. p. 166.)

Stobaeus Sermon. LXII. p. 397. De artificio au-
tem, quo carmen hoc compositum est, Victorin. p.
2566. ita disserit: Quanta autem et quam profunda ar-
tis scientia in hac epodi conclusione Archilochus usus
sit, interest dicere. Nam cum aestimaret primum versum,
cujus prima portio constat ex heroo tetrametro, id est:
solvitur acris hyems grata vice, et sequen-
tem epodum, qui e trimetro jambico catalectico sub-
sistit, id est: trahuntque siccas machinae
carinas, simili clausula terminatos in eundem cadere

numerum, quum diversae rationis inter se generisque viderentur, quippe cum alter dactylico metro, alter jambico censeatur: tamen adjiciendo majori syllabam et detrahendo minori censecutus est, ut uterque phallico (pro phalaecio) metro concluderetur. Nam superior hexameter sic: Veris et favoni; sequens trimeter sic: machinae carinas: quae utraque tribus trochaeis annexis, id est, metro phallico terminante admodum inter se decenter consonant.

V. 1. Φιλότητος ἔρωσ, pro concubitus cupiditate accipiendum esse Iacobs censet; ἔρωσ enim, ut observat, saepe desiderium significat, illustrante Brunckio hanc ejus significationem ad Oed. Col. v. 367. (ut et verbum ἐρᾶν admodum cupere vid. fragm. LI.) φιλότης vero pro concubitu in Homero non raro occurrit.

Ἵπὸ καρδίην ἐλυσθεῖς. Similia sunt illa Homeri de amore. Il. ξ v. 315. Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεῖς ἐδάμασσεν. Il. γ. 442. Ἔρωσ φρένας ἀμφικάλυψεν. Anacr. od. 14, 16. Μῆσος δὲ καρδίης μευ Ἐδυνε, καὶ μ' ἔλυσε (Ἔρωσ) Ἐλυσθεῖς autem translate sumtum esse de angue in cubili suo convoluto docet l. c. Iacobs, et hunc locum Apollonio ob oculos versatum esse L. III. v. 281 et 296.

Τοῖος ὑπὸ καρδίῃ εἰλυμένος αἴθετο λάθρη

Ἵουλος Ἔρωσ, ἀπαλὰς δὲ μετετροπᾶτο παρειάς. κτλ.

V. 2. Πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν. Quis non novit illam affectu plenam descriptionem amoris ab ejus in corpore et animo effectibus apud Sappho, ubi inter alia quoque dicitur: ὀππάτεσσιν Οὐδεν ὄρημι

V. 3. Κλέψας ἐκ στήθεων ἀπαλὰς φρένας. mentem mihi ademit, e pectore rapuit et effecit, ut prae amore insanirem. Callimach. epigr. 32. Ἐγνων, Εὐζέθεος σε συήρπασεν. Alias κλέπτειν νόον, mentem ali-

eujus fallere, decipere. Hesiod. Θεογ. 613. Aeschyl. Choeph. 851.

LXX.

Τῆ μὲν ὕδωρ ἐφόρει
Δολοφρονέουσα χειρὶ, τῆδ' ἑτέρῃ δὲ πῦρ.

Hacce ferebat aquam
Manu dolosa mulier, ignemque altera.

(Brunck T. I. p. 44. fr. 28. Jacobs Vol. I. P. I. p. 166.)

Plutarchus in Demetrio T. V. p. 64. de inconstantia fortunae hujus regis subitisque ejus mutationibus loquens, et T. X. p. 413 contra Stoicos: Ἡ δὲ τούτων αἴρεσις, ὡς περ ἢ παρ' Ἀρχιλόχῳ γυνή, τῆ μὲν ὕδωρ — δολοφρονέουσα χειρὶ, τῆδε — δὲ πῦρ, τοῖς μὲν προσάγεται τὴν φύσιν, τοῖς δ' ἀποθεῖται δόγμασι. ubi ἐφόρει et ἑτέρῃ desunt ex priori l. supplenda etiam T. IX. p. 744. de primo frigido, hos versus adfert, quorum primus est trimeter dactylicus catalecticus, sive, ut alii, dimeter hypercatalecticus, alter senarius, in cuius sede quinta anapaestus apud iambographum notandus. Forma carminis fragmentum esse partem epodi indicat. Aristaen. II. ep. I. p. 71. ad amicam scribens, quam ad amorem hortatur juvenis, hunc locum videtur respexisse, ut etiam monet Jacobs: αὐ δὲ ὀφθεῖσα φλέγεις — — φέρεις μὲν πῦρ, ἔχεις δὲ ὕδωρ· τὴν σὴν αὐτῇ φλόγα κατασέσεις πρὸς βροχῆ. Erasmus inter proverbia recepit. Chil. IV. c. IV. p. 74. Simile est illud

Plauti de Megadoro, qui Euclioni paupertatem simulanti benigne loquitur, Aulul. act. II, sc. 2, 17 :

Nunc petit, quum pollicetur, inhiat aurum ut devoret ;
Altera manu fert lapidem, panem ostendit altera.

LXXI.

Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε ;
Τίς σὰς παρήειρε φρένας ;

Pater Lycamba, quale verbum effatus es ?
Quis obtudit mentem tuam ?

Hephaestio p. 70. Εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρρῆνικῶς οὕτω καλούμενοι ἐπωδοί, ὅταν μεγάλῳ ζέχῳ περιπτόν τι ἐπιφέρηται, οἷον· Πάτερ Λ. κτλ.

Esse hoc fragmentum ex epodis Archilochi, jam nomen Lycambae indicat; tum etiam confirmat Demetrius de elocutione C. 5. qui alterum versum citans Archilochum nominat.

V. 1. Τόδε. Schol. Hephaest. p. 1. τόδε et p. 86. pro τόδε habet λόγον.

V. 2. Παρήειρε φρένας. vid. fragm. XXXIII. voc. παρήειρος.

LXXII.

Εὖτε πρὸς ἄεθλα δῆμος ἀθροίζεται,
Ἐν δὲ Βατουσιάδης.

Dum congregatur vulgus ad certamina,
Ecce Batusiades.

Hephaest. p. 70. — et 22. Τῶν δὲ εἰς συλλαβὴν (fort. καταληκτικῶν) τῶ μὲν πενθημιμερεῖ πρὸς δύο ποσὶν οὐσῶν τῶν συλλαβῶν Ἀρχίλοχος κέχρηται ἐν ἐπωδῶ. Ἐν δὲ Βατουσιάδης. Vid. etiam comment. c. X. not. e. ubi scholiastes Aristophanis quoque tradit hoc metro usum esse Archilochum ἐν ἐπωδῶ. Unde a Dorvill. pro ἐπωδῶ δῆ in Hephaestione correctum Vann. crit. p. 434.

Ἄεθλα. Non solum praemium certaminis, quod plerique Grammatici volunt, sed ipsa certamina etiam haec vox significat, ut h. l. Homer. Od. ω. 89. Ζώνουνταί τε νέοι καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα. Pindar. olymp. 1. v. 5. vid. schol. Bekkeri Anecd. p. 349. ἄθλον· ἀγώνισμα. —

LXXIII.

Φαινόμενον κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι.

Damnum ferre domum manifestum.

Hephaest. p. 22. de metro dactylico: Καὶ τὸ τετράμετρον εἰς δίσσύλλαβον καταληκτικὸν, ὡς πρῶτος ἐχρή-
M

σατο Ἀρχίλοχος ἐν ἐπωδοῖς. Φαινόμενον κ. οἷ. ᾧ. Hinc sua duxit schol. Aristoph. Νεφ. 274. vid. comment. §. X. not. c. De muliere poeta fortasse loquitur, nescio an de Neobule, quam ducturus erat. Aristophanes de feminis Lysist. v. 259.

Τίς ἄν ποτ' ἤλπισ', ὦ
 Στυμμόδωρ', ἀκούσαι,
 Τὰς γυναῖκας, ἄς ἐβόσκομένῃ
 Κατ' οἶκον ἐμφανὲς κακὸν
 Κατὰ μὲν ἄγιον ἔχειν βρέτας,
 Κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὴν λαβεῖν.

Similiter Euripid. Orest. 259. Εἰδ' ἄλοχον ἄγεται
 κακὸν ἔχων ἦκει μέγα.

LXXIV.

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχίνος ἐν μέγα.

Scit multa vulpes, unicam rem sed gravem
 Echinus.

Zenobius C. V. prov. 68. Μέμνηται ταύτης (τῆς παροιμίας) Ἀρχίλοχος ἐν ἐπωδῶ (pro ἐπωδῇ). Item Aristoph. schol. Ἰππ. ad v. 1066. Photius Lexic. col. 324, ubi male scriptum: πολὺ δ' ἀλώπηξ. — — Quid vero illud ἐν μέγα sit, quod erinaceus scire dicitur, ex Ionis Tragicici versibus intelligitur, quos subjungit, et Athenaeus ex ejus Phoenice adfert. p. 91.

Ἄλλ' ἐν τε χέρσῳ τὰς λέουτος ἦνεσα
 Ἡ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυράς τέχνας,

Ὅς, εὐτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὄρμην μάθῃ,
 Στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας
 Κεῖται δακεῖν τε καὶ θίγειν ἀμήχανος.

Λέγεται δὲ, addit Zenob. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν παν-
 ουργοτάτων. Plutarch. de Solert. animalium. T. X. p. 47.
 Τῶν δὲ χερσαίων ἐχίνων ἡ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἄμυνα καὶ φυ-
 λακὴ παροιμίαν πεποιήκε, Πολλ' οἶδ' ἄ. κτλ. προσιούσης
 γὰρ αὐτῆς, ὡς φασιν, ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας κεῖται
 θίγειν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος. Valckenar. ad Phoeniss.
 hos versus de erinaceo Euripidem putat v. 1185. re-
 spexisse: ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἰλίξας δέμας.

LXXV.

Πάρος νῆσος, ἣν καὶ πόλιν Ἀρχίλοχος αὐτὴν καλεῖ
 ἐν ἐπιδόσις.

Parus insula, quam ipsam urbem Archilochus vocat
 in epodis.

Stephan. Byzan. v. Πάρος. Insulas et regiones ab
 auctoribus etiam πόλεις dictas esse, observat Stra-
 bo. L. VIII. p. 546. Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν τὴν χώραν
 Πίσαν λεγομένην, ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβου Μάκαρος πό-
 λιν. Εὐριπίδης ἐν Ἴωνι· Εὐβοί' Ἀθήναις ἐσίτις γείτων πό-
 λεις. κτλ. quae vid. Cf. ibid. Casaub. not. 2. Sic et insu-
 la Cos II. β. 676. et Lemnus Od. 9. v. 284. ab Homero
 nominatur. Ipse Archilochus fragm. XCII. insulam Tha-
 sum πόλιν dicit. Lysias contra Andocid. Ἐπειτα δὲ καὶ

διώχθηκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ιταλίαν, Πελοπόννησον κτλ. Aristides de Neptuno T. I. p. 20. καὶ πόλεις δὲ ἐπόλισατο τοῖς ἀνθρώποις, ἃς καὶ νήσους νυνὶ καλοῦμεν. Aeschyl. Εὐμεν. 75. insulas περιέρχονται πόλεις vocat. Sic Propert. L. III. e. 9. 16. observante Huschke Miscell. philol. P. I. p. 24. Praxitelem Paria vindicat urbe lapis.

LXXVI.

Δύσηνος ἔγκειμαι πόθῳ,
"Αψυχος, χαλεπήσι θεῶν ὀδύνησιν ἔκητι
Πεπαρμένος δι' ὀρέων.

Versio Grotii. p. 263.

Amoris in morbum incidi,
Exanimis, saeva percussus corda deum vi,
Unde ossa consumit dolor.

Grotius p. 263. Jacobs. V. I. P. 1. p. 167.)

Stobaeus Sermon. LXII. p. 397. Fragmentum hoc egregium, quia illi superiori LXVIII continuo subjungitur, et vim spiritumque ostendit Archilocho dignissimum, atque aperte pars epodi est, cujus carminis auctor Archilochus inter veteres habetur, Archilocho adjudicandum esse, cum doctis viris nullus dubito, licet nomen poetae denuo adscriptum non habeat, et hinc inter reliquias ejus recipiendum. „Nec dubito, inquit doct. Jacobs, quin ei tribuendum sit, non magis quam Achill.

Stattus ad Catull. Ep. LI. et Dousa in L. II. Propert. C. X.“

V. 1. Ἐγκειμαι πόθῳ. Theocrit. Id. 3. v. 33-
de amore in Amaryll. Ἐγὼ μὲν τιν ὄλος ἔγκειμαι. In-
versa constructione Euripid. Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἐγκεῖ-
ται βίου. Valckenar in Diatr. ad fragm. Eurip. p. 141.
Xenoph. Ephes. p. 6. ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο-

V. 2. Ἀψυχος. Sappho, dum effectus amoris ex-
primit od. 2. v. 5. τεθνάκην δ' ὀλίγω ἴπιδεῦσα, φαίνομαι
ἄπνους.

V. 3. Πεπαρμένος. Illustrat hoc Jacobs aucto-
rum locis, in quibus πεπαρμένος de doloribus dicitur,
quibus animus vel corpus excruciatum Apollon. Rh. IV.
1066. Orph. de lapid. XIII. 5. Hom. H. in Apoll. 92.
etc. Cf. etiam Animadv. V. III. P. II. p. 275. ad epigr.
701. Anal. T. III. v. 3. Metrum est ut in Horat.
Epod. XV.

EPHYMNIUM

IN

HERCULEM.

LXXVII.

Τήνελλα.

ὦ Καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες,
αὐτός τε καὶ Ἴολαος, αἰχμητὰ δύο.

Praeclare salve victor o rex Hercules,

Tuque et Iolaus ambo pugnare inclyti.

Scholiast. Pindari Olymp. 9. v. 1. Schol. Aristophan. Ὀσμ. v. 1762. et Ἀχαρν. v. 1228. Suidas v. τήνελλα et Tzetzes Chiliad. 1. 685. Phavor v. τήνελλα. Fragmentum odae, quae ab aliis ephymnium, ab aliis hymnus vel epinicium dicitur, et iis, qui in ludis Olympicis victores erant, accini solebat. Pindari schol. Nem. 3. v. 1. ὁ μὲν οὖν Ἀρίσαρχός φησιν, ἦτοι τὸν χορὸν ὑπὸ τῆς νίκης τὸν ἱερὸν αὐτασχέδιόν τινα ἐπινίκιον ἄσαι, ἢ τὸν Ἀρχιλόχου Καλλίνικου. Cur vero hoc fragmentum ita constituendum esse duxerim, ut τήνελλα sit extra versum, prout et aliae voces interdum poni extra versum solent, ut ἔα, εἶεν,

φεῦ, οἶμοι, ἰού. etc. (cf. Muret. V. Lect. III. c. 3.) apparet tum ex loco Scholiastae. tum etiam ex metro, quod intrusa hac voce plane claudicat, et inconcinnum evadit. Schol. Olymp. 9. v. 1. ad verba: τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος φωνᾶν Ὀλυμπία Καλλίνικος ὁ τρίπλοος κεχλαδῶς κτλ. haec adfert: ὁ μὲν Ἀρχίλοχος πρὸ τούτων τῶν λυρικῶν γενόμενος θελήσας ὕμνον ἀναβαλέσθαι εἰς Ἡρακλέα ἐν Ὀλυμπία, ἐνὸς κιθαρῳδοῦ διὰ τινος λέξεως μιμήσασθαι τὸν ρυθμὸν καὶ τὸν ἦχον τῆς κιθάρας ἐπιχείρησεν συντάξας οὖν τὸ τήνελλα οὕτω καὶ τὰ ἐξῆς ἀνεβάλλετο. Hac voce nimirum dicta, qua sonum vel κρούμα citharae imitabatur, tum demum ipsum carmen canere incepit: ὦ Καλλίνικε. κτλ. illaque voce quasi praeludio vel κρούματος loco extra carmen usum esse, cum hymnum inciperet et forte citharoedus aut tibicen non praesto esset, aperte docet alter scholiastes l. c. ex Eratosthene: περὶ δὲ τοῦ τήνελλα Ἐρατοσθένους φησὶν, ὅτι, ὅτε (ὁ) αὐλητῆς ἢ ὁ κιθαρῳδὸς μὴ παρῆν, ὁ ἕξαρχος αὐτὸ μεταλαβὼν ἔλεγεν ἔξω τοῦ μέλους· ὁ δὲ τῶν κωμασῶν χορὸς ἐπέβαλε τὸ Καλλίνικε. Καὶ οὕτω συνειρόμενον γέγονε τὸ Τήνελλα Καλλίνικε· ἢ δὲ ἀρχὴ τοῦ μέλους ἔστιν· ὦ Καλλίνικε χ. α. "H. Unde patet illud τήνελλα non esse partem versus; sed chorus voce τήνελλα signo canendi dato, victori acclamabat, et post hanc acclamationem vel ter repetitam secundum Eratostenem, vel post singulas strophas, quarum tribus hoc epinicium constabat, iteratam secundum schol. Pindari, ipsum hymnum in Herculem ab Archilocho compositum canebat, cum cantu, tibiis et lyra incedebat solenni pompa, et victorem comitabatur, quod Pindarus κωμάζειν vocat. Atque hinc etiam hunc hymnum τρίπλοον a Pindaro dici Eratosthenes et scholiast. Pindari tradunt. v. 1. "Ὁ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλυμπία ἐπήδετο ἦν τρίστροφον, καινῶς δυνάμενον ἀρμόζειν ἐπὶ παντὸς νικηφόρου, διὰ τὸ καὶ τῆς πράξεως αὐτῆς ψιλὸν ἔχειν τὸν λόγον, μήτε δὲ ὄνομα, μήτε ἰδίωμα ἀγωνίσματος.

Ἐφυμνῶ δὲ κατεχρῶντο τούτῳ, Τήνελλα Καλλίνικε. — τὸ δὲ τρίπλοος, ὅτι τρίς ἐπεκελάδουν τὸ Καλλίνικε, οὐ καθόλου δὲ τρίς, ἀλλ' ὅτι τριπλῆν ἔχει τὴν στροφὴν, καὶ πάλιν ἀναλαμβάνεται. Ἐρατοσθένους δὲ φησι μὴ ἐπινίκιον εἶναι τὸ Ἀρχιλόχου μέλος, ἀλλ' ὕμνου εἰς Ἡρακλέα· τρίπλοον δὲ οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν συγκεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τρίς ἐφυμνάζεσθαι τὸ Καλλίνικε. Tribus tamen strophis constituisse aliud scholium testatur: τρίπλοος, ἢ ὅτι τρίς ἐπαδόμενος, ἢ τρίςτροφος κατὰ Ἀρίσταρχον. Et si recte scholiasten intelligo, ipse Archilochus videtur post versus aliquot illud τήνελλα repetivisse tanquam ἐφύμνιον. Sic enim ille l. c. Καὶ αὐτὸς μὲν (Ἀρχιλόχος) τὸν ἦχον τῆς κιθάρας ὑποκρίνομενος ἔλεγεν ἐν μέσῳ τὸ τήνελλα καὶ τὰ λοιπὰ, οἶον· Καλλίνικε — καὶ εἴτι ἔτερον, οἶον· Αὐτὸς τε καὶ Ἰολαὸς αἶχμ. δύο, τήνελλα. Cum igitur ἐξάρχω incipienti canere τήνελλα, chorus semper subjiceret et accineret. ὦ Καλλίνικε. κτλ. hinc intelligitur, cur tandem id cum ipso versu conjunctum sit, quod metrum non admittit; et si cum Küstero ad Suidam reducat ad metrum, versus plane inconcinuus existit: Τήνελλα Καλλίνικ' ἀναξ χαῖρ' Ἡράκλεις. Cf. de ephymnio Hephaest. p. 70. schol. Aeschyl. ad Agamem. v. 123. schol. Apollon. Rh. L. II. v. 704, 714. Athenae. XV. p. 501. Spanheim. ad Callimach. p. 92. et 143.

Τήνελλα. Schol. Aristoph. Ὀρν. 1762. μίμησις ἐς φωνῆς κρούματος αὐλοῦ ποιῆς ἀπὸ τοῦ ἐφυμνίου, ὃ εἶπεν Ἀρχιλόχος εἰς τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὸν ἄθλον Αὐγέου. — δοκεῖ δὲ πρῶτος Ἀρχιλόχος ἐν Πάρῳ νικήσας Δήμητρος ὕμνου, ἑαυτῷ τοῦτο ἐπιπεφωνηκέναι· item schol. ad Ἀχαρν. 1228. Suid. v. τήνελλα. Tzetzes autem Archilochum ideo hoc quasi praeludio usum esse scribit, quia chorda citharae rupta erat. Chil. I. v. 685.

Ὡς τοῦτο τοῦ Παρίου δὲ τοῦ Ἀρχιλόχου μέλος,
 Ἐν ᾧ περ καὶ νενίκηκεν, ἄσας ἐν Ὀλυμπία
 Μόνῳ τῷ σόματι λαλῶν, ὡς τῆς χορδῆς κοπείσης,
 Ὅπερ καὶ Πίνδαρός φησι τοῦτον ὑπερθαυμάζων.
 Τὸ μέλος ἄκουε λοιπὸν αὐτοῦ τοῦ Ἀρχιλόχου.
 Τήνελλα· Καλλίνικε. κτλ.

Καλλίνικε. Aristid. in Hercul. T. I. p. 34. αἰ
 τοίνυν ἐπωνυμία Καλλίνικός τε καὶ Ἀλεξίκακος, ἡ
 μὲν μόνῳ θεῶν, ἡ δ' ἐν τοῖς πρώτοις δίδεται. Apud Eu-
 ripid. Ἡρακλ. v. 582. ipse de se: Οὐκ ἂν Ἡρακλῆς Ὁ
 Καλλίνικος, ὡς πάροιθεν, λέξομαι. Cf. et Hemsterhus.
 ad Lucian. T. I. p. 402., qui et hunc Archilochi lo-
 cum excitat. Unde hoc nomen habeat, Phavorin p. 44.
 col. 1. refert: Καλλίνικος, ὁ Ἡρακλῆς. καὶ εἶδος ἐρχή-
 σεως ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρου ἀναγωγῇ.

Ἄναξ Ἡρακλέες. vid. fr. IV. Hunc locum for-
 tassis spectavit Plutarch. T. IX. p. 404, περὶ τῆς κα-
 κοῆθ. τοῦ Ἡροδότου. Καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀν-
 δρῶν οὐχ Ὅμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος,
 οὐ Πείσανδρος, οὐ Στησίχορος, οὐκ Ἀλκμάν, οὐ Πίνδα-
 ρος Αἰγυπτίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους ἢ Φοίνικος,
 ἀλλὰ ἓνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιω-
 τίου ἢ Ἀργείου.

Καὶ Ἰόλαος. Gaisfordius p. 313. κίόλαος, for-
 tasse melius. Idem in fine versuum Τήνελλα Καλλίνικε
 subjicit. Ex his auctorum locis ad hymnum Archilochi
 in Herculem spectantibus, quibus plura vix invenias,
 jam satis, credo, apparet, et judicari potest, quid ve-
 rum vel citra verum sit exornatum ab auctore disserta-
 tionis, quae inserta est Bibliothecae elegantiorum ar-
 tium et litterarum T. 47, et inscribitur: Ueber den
 Antheil, welchen die Gricchen an den Olympischen
 Spielen nahmen, ubi p. 24. de Archilocho hujusque

carminis effectibus loquitur, quos ita describit: Noch ehrwürdiger wird die Zusammenkunft zu Olympia, wenn man liest, wie Archilochus sich durch sie mit ganz Griechenland wieder aussöhnte. Verhasst durch seine Satyren, verwiesen von seinen Mitbürgern, und verachtet von allen Tapfern, weil er ohne Schild aus dem Treffen zurückgekommen war, wanderte er in den Griechischen Städten umher, und fand nirgends eine Zuflucht. Eben feyerte man die Olympischen Spiele. Er verfertigte eine Ode zum Lobe des Hercules, verbreitete überall die Nachricht davon, und war unter die Mitwerber um den poetischen Kranz aufgenommen. Er singt sein Gedicht, und begleitet es mit den Tönen der Leyer. Jedermann sitzt erstaunt; man vergisst über den Dichter den Satyriker und den Feigen, und hält ihn einstimmig der Krone würdig. Der Beyfall vertritt die Stelle einer förmlichen Ehrlichsprechung. Archilochus kehrt nach Paros zurück; und genießt bis an seinen Tod der vollkommensten Hochachtung seiner Bürger. Quis non videt, auctorem, qui Barthelemy in Anacharsi ejus hic maxime sequitur, ingenio suo nimium indulsisse?

I O B A C C H O R U M

F R A G M E N T A.

LXXVIII.

Δήμητρος ἀγνῆς καὶ Κόρης τὴν πανήγυριν σέβων.

Castae sacram pompam colens Cereris et Proserpinae.

Hephaest' p. 55. "Ἄλλο ἀσυνάρτητον ὁμοίως κατὰ τὴν πρώτην ἀντιπάθειαν ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου καὶ τροχαϊκοῦ ἐφθημιμεροῦς τοῦ καλουμένου Εὐριπιδείου· οἷόν ἐστι τὸ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις· Δήμητρος ἄ. ζ. κ. κτλ. Dubie Hephaestio hos Iobacchos Archilocho tribuit, unde Dorvillius in Vann. crit. p. 485. „Ad hos Iobacchos in Bacchicis festis cani solitos respicit Pollux L. IV.. c. VII. παρόνια· Ἰόβακχοι. Verisimile autem fit Archilochum forte primum Iobacchum composuisse, deinde ab aliis poetis alios hymnos ejusdem argumenti fuisse additos; sensim omnes illos in unum fasciculum collectos et ad unum auctorem relatos.“ De Iobacchis vid. Athenae. L. LXIV. p. 671, schol. Aristoph. Ἀχαρν. v. 384. Proclus in chrestomath. et Menander Rhetor de Encom, C. 1,

Fortassis hic versus ad eum hymnum pertinuit, quo scholiast. Aristophanis. "Ορν. v. 1762. (vid. fragm. LXXVII. not. τήνελλα) Archilochum dicit in Paro vississe. Cultus enim Cereris in hac insula praecipue viguit, Hymn. in Cererem v. 489, dum, poeta Cererem et Proserpinam adloquitur.

Ἄλλ' ἄγ' Ἐλευσίνοσ Διοέσσης δῆμόν ἔχουσα

Καὶ Πάρον ἀμφιρύτην· ubi vide, quos laudat Mitscherlich de cultu Cereris apud Parios, Ruhnkenium in adnotat., et Sainte - Croix Recherches sur les Mysteres p. 395. Ex Paro etiam Cereris mysteria in Thasum translata esse et quidem ab ipso Archilochi proavo Tellide, Pausanias auctor est. cf. Commentar §. 1.

Δήμητροσ ἀγνῆσ καὶ Κόρησ. Ἄγνὸσ solenne epitheton dearum deorumque. Hymn. in Cerer. 203. Ἐτρέψατο πότιαν ἀγνήν Μειδῆσαι; sermo est de hac ipsa dea. praecipue vero filiae ejus proprium ἀγνή Κόρη. Photius Lexic. Ἡ δὲ ἀγνή Κόρη (τῆσ θυγατρὸσ) Δήμητροσ ἔσμι ἐπέκλησισ, ubi τῆσ θυγατρὸσ ad sensum necessarium. Hinc forsitan etiam interpungi possit Δήμητροσ, ἀγνῆσ καὶ Κόρησ.

LXXIX.

Χρυσόθειρ παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐν Ἰοβάκχοισ, ὅπερ ἀποκέκοπται τοῦ χρυσόθειροσ.

Stephan. Byzant. v. βέχειρ. Hac terminatione in ρ, abjecta vel ultima syllaba vel etiam ρ pro ς posito, veteres Spartanos, Dores et Aeoles usos esse docet Casaubonus ad Athenaeum p. 386, 24., ut ἄχυρ pro ἄχυρον, κέρκυρ pro κερκυραῖοσ. Vid. et Eustath. II. β. 114.

EPIGRAMMATA
ARCHILOCHI.

LXXX.

• Ἀνάθημα τῇ Ἥρῃ παρ' Ἀλκιβίας.

Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην
Ἥρῃ, κουριδίων ἔυτ' ἐκύρησε γάμων.

Junoni Alcibie crinalem grata sacravit

Vittam, legitimo dum sociata toro est.

(Brunck. T. I. p. 41. fr. 8. Jacobs V. I. P. I. p. 153.)

Antholog. Céphalae a Reiskio edita p. 12. epigr. 422.
Vatican. cod. 165. Archilochum multa etiam scripsisse
epigrammata, patet ex Meleagri epigrammate, quod An-
thologiae suae praeposuit (vid. ab initio No. X.) ubi se
ait pauca ex magna copia Archilochi, quasi guttas quas-
dam ex oceano, selegisse, eaque videntur fuisse per-
quam acerba pro poetae ingenio, cum Meleager ea
propter acumen et asperitatem sententiarum flori-
bus spinis circumscitis adsimulet. Sed haec duo, quae
restant, simplicissima sunt, et illius acerbitatis Ar-
chilochiae prorsus nihil habent, neque etiam, ut ma-
nifestum est, ea in his locum habere poterat. Pri-
mum est inscriptio, qua Junoni anathema consecra-
tur a femina καλύπτρα, capitis vel comae redimicu-

lum, jam ab Homero memoratum. Il. χ. 406. et Od. ε. 230. ἱερὴν vocat poeta, quia Junoni dedicata et sacra est.

Κουριδίωv — γάμων. Reiskius: κουρίδιοι γάμοι, legitimae nuptiae proprie illae sunt nuptiae, quibus virgo legitimis ritibus et modis marito in manum et domum convenit. Talis uxor, quae nupsit palam, non clam furtimve aut vidua, dicitur ἄλοχος κουρίδιος (l. κουριδία) et maritus, qui talem puellam ducit, est γαμέτης κουρίδιος. „Hom. Il. α. καὶ γάρ ῥα Κλυταμνήστρης προβέβουλα Κουριδίης ἄλόχου, ubi Eustathius: ἦν τις κούρην ἔτι οὔσαν ἡγάγετο, οὐ μὲν ἢ ἑτέρῳ προσζευχθεῖσαν εἰς γάμον, ἢ καὶ ἄλλως γραῦν. Cf. Heynium Il. α. v. 114. p. 50 de hac voce.

LXXXI.

Εἰς Μεγάθυμον καὶ Ἀρισοφῶντα.

Ἵψηλούς Μεγάθυμον Ἀρισοφῶντά τε Νάξου
Κίονας, ᾧ μεγάλη γαῖ', ὑπένερθεν ἔχεις.

Excelsas Megathymum Aristophoonta columnas

Naxi, o terra tuo contegis ampla sinu.

Protulit hoc epigramma doct. Jacobs ex cod. Vatican. in nova Antholog. Palatina T. I. p. 440. No. 441 et in Paralipomenis. T. XIII. p. 650.

FRAGMENTA

INCERTORUM LIBRORUM.

LXXXII.

Οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἀπαλὸν χρῶα· κάρφεται γὰρ ἤδη,

Non flores tenero nunc corpore; nam fit aridum jam.

(Brunck T. I. p. 45. fr. 27. Jacobs. V. I. P. I. p. 170.)

Hephaestio p. 19. Ἐσι δὲ αὐτῷ (Καλλιμάχῳ) ἐπίσημον τὸ δίμετρον βραχυκατάληκτον τὸ καλούμενον ἰθυφαλλικόν, ᾧ πρῶτος (Dorvill. ex Ms.) Ἀρχίλοχος ἐχρήσατο συζεύξας αὐτὸ δακτυλικῷ τετραμέτρῳ οὕτως. Οὐκέθ' ὁμῶς κτλ. et p. 26. καὶ τῶν ἀκατάληκτων δὲ τὸ τετράμετρον Ἀρχίλοχος ἔνδοξον ἐποίησε διὰ τὸ προτάξαι αὐτὸ τοῦ τροχαϊκοῦ τοῦ καλουμένου ἰθυφαλλικοῦ οὕτως Οὐκέθ' ὁ. θ. κτλ. Item et p. 50. Versus est asynartetus ex tetrametro dactylico et ithyphallico constans, quod metrum quidam Hexametrum heroicum περιττοσυλλαβῆς vel ἡμῶν κτύξημένον vocant. (cf. Commentar. §. XI. 21. not.) et videtur pars esse epodi, qualis est fragm. LXIX. Deridet poeta feminam fortassis ipsam Neobulen, cujus pulchritudo progrediente aetate jam deflorescebat.

Θάλλεις. De flore et vigore juventutis, ut in Latina et nostra lingua, usurpatum. Anacre. od. 68. Ἴδὲ τὴν φίλην γυναῖκα Κομάει, τέθηλε, λάμπει, et generatim de rebus in suo genere praestantibus. Hinc Θάλλος saepe de adolescentulis et puellis dictum invenias. Od. ζ. v. 157. de Nausicaa: Λευσοῦντων τοῦτονδε Θάλλος χορὸν εἰσοιχνεύσαν, quo sensu etiam ἔρνος adhibent. cf. Valckenar. ad Phoen. v. 88. p. 33. et Mitscherlich ad Horat. L. I. od. 25, 16.

Κάρφεται, cutis tibi jam exarescit, et vigor ille juventutis perit. Odyss. υ. v. 398. κάρψω μὲν χρόα καλὸν ἐνὶ γυαμπτοῖσι μέλεσσι. Schol. μειώσω, ξηρανῶ. Ceterum vid. Jacobs, qui similia auctorum loca comparat, et Mitscherlich ad Horat. l. c.

Archilocho Hermannus etiam sequentem versum tribuendum judicat, quem Hephaest. p. 50. post hunc ipsum paucis interjectis adfert: Γίνεται δὲ ὁ τελευταῖος τῆς τετραποδίας διὰ τὴν ἐπὶ τέλους ἀδιαφορίαν καὶ κρητικὸς. οἷός ἐστιν οὗτος·

Καὶ βήσας ὀρέων δυσπαιπάλους· οἷος ἦν ἐφ' ἠέθης.

Et valles montium salebrosas (pererrans) qualis eram in juventute. De Metr. Graec. p. 42 et 383. seq.

LXXXIII.

Ἄλλὰ μ' ὁ λυσιμελής, ὦ ταῖρε, δάμναται Πόθος.

Ast, o amice, me Amor, membris solutis, subjugat.
(Brunck. Anal, T. I. p. 45, fr. 26. Jacobs. V. I. P. I. p. 168.)

Hephaest. p. 51. Τρίτον δέ εστι παρ' Ἀρχιλόχῳ ἀσύν-
 ἄρτητον ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς καὶ ἰαμβικοῦ διμέ-
 τρου ἀκαταλήκτου. Ἀλλά μ' ὁ λ. ὦ κτλ. Poeta de suo
 erga Neobulen amore, nondum sua spe frustratus, lo-
 qui videtur, et versus hic asynartetus, de quo vide
 Comment. §. XI. 22. not. i. fortasse pars epodi fuisse,
 quem brevior versus secutus est, ut Horat. epod. XI. vid.
 Herm. de M. 385.

Λυσιμελής - Πόθος. Πόθος idem plerumque,
 qui Ἔρως. Anacr. od. 33. Πόθος ὁ μὲν πτεροῦται i. e.
 Ἔρως. Alciphr. L. I. ep. 8. Ἄριστα μόνος οἶδεν ἱππάζε-
 σθαι Πόθος, quem mox deinceps Ἔρωτα vocat. Sic et
 Meleager Πόθου et Ἴμερον pro eodem Amore habet.
 epigr. VIII.

Ἄρνείται τὸν Ἔρωτα τεκεῖν ἢ Κύπρις, ἰδοῦσα

Ἄλλου ἐν ἡϊθέοις Ἴμερον Ἀντίοχον.

Ἄλλὰ νέαι ζέργουτε νέον Πόθου· ἢ γὰρ ὁ κοῦρος

Εἴρηται κρείσσων οὗτος Ἔρωτος Ἔρως.

Cf. Eudociae Violet, p. 158. Pausanias tamen in
 Atticis p. 41. diversos fuisse et varia forma a Scopa ef-
 fictos esse indicat; Megaris eorum signa erant in tem-
 plo Veneris. Distinguit etiam Lucian. T. I. p. 267. Dial.
 Deor. Λυσιμελής Amor vero jam ab Hesiodo dicitur
 Theog. 120. — Ἔρος κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
 Λυσιμελής — Sic et Sappho, quam fragm. X laudat
 Iacobs: Ἔρος δ' αὐτέ μ' ὁ λυσιμελής δόνει. Ludit ele-
 ganter in hac voce Hedylus epigr. VI.

Λυσιμελοῦς Βάχχου, καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης

Γεννάται θυγάτηρ λυσιμελής ποδάγρα.

Δάμναται. Tritum poetis de amoris in homines
 imperio verbum. Homer. II. ξ. 315. Hesiod. Theog.
 v. 122. Sappho. fragm. cit.

LXXXIV.

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν λίπε Κοίρανον ἦπιος Ποσειδῶν.

Neptunus placidus solummodo Coeranum reliquit
Bis viginti quinque inter viros.

Plutarch. de Solert. animal. T. X. p. 97. Ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ περὶ Κοίρανον ὄντα μυθώδη πρὶς ἐσχέ. Πάριος γὰρ ὢν τὸ γένος ἐν Βυζαντίῳ δελφίνων βόλου ἐν-σχεθέντων σαγήνη καὶ κινδυνευόντων κατακοπήναι, πριά-μενος μεθῆκε πάντας. Ὀλίγω δὲ ὕστερον ἔπλεε πεντηκόντο-ρου ἔχων, ὡς φασὶ ληστῶν ἀνδρας ἄγουσαν· ἐν δὲ τῷ με-ταξὺ Νάξου καὶ Πάρου πορθμῷ τῆς νεῶς ἀνατραπίσης καὶ τῶν ἄλλων διαφθαρέντων, ἐκεῖνον λέγουσι, δελφίνος ὑπο-δραμόντος αὐτῷ, καὶ ἀνακουφίζοντος ἐνεχθῆναι τῆς Σικίν-θου (Σικίνου vel Σικίνου Reisk.) κατὰ σπύλαιον, ὃ δει-κνυται μέχρι νῦν, καὶ καλεῖται Κοιράνιον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ λέγεται ποιῆσαι τὸν Ἀρχίλοχον Πεντήκοντ' ἀνδρ. λ. κτλ. Aliter paullo eandem historiam Athenae. L. XIII. p. 606. D. E. narrat, et Coeranum Milesium facit. De delphinis autem homines amantibus, eosque ex undis exportantibus, ut Arionem, tralatitium est. Φιλανθρωπότατον δὲ ἔστι καὶ συνετώτατον τὸ ζῶον ὃ δελ-φίς, χάριν τε ἀποδίδόναι ἐπιζάμενον. Athenaeus. I. c. Lucian T. I. p. 307. Ὡ δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ πάσαι φιλάν-θρωποι ἔστι. Cf. Antigon. Caryst. c. VI et not. Beck-manni. Quis vero hic Coeranus fuerit, non constat. Apollodorus L. III. c. 3. memorat Κοίρανον patrem va-tis Polyidi, qui Glaucum filium Minois resuscitavit, quem Eudocia Viol. p. 7. Argivum facit.

Versus asynartetus ut fragm. LXXXII, fortassis epodi pars.

LXXXV.

Πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς μελέτη τε βροτεΐη.

Omnia perficiens labor est humanaque cura.

Schol. Hermogen. p. 377. sed sine poetae nomine. Verum Joannes Siceliota versum Archilocho tribuit in commentar. ms. in Hermogenem, unde produxit Ruhnkenius, qui et similia auctorum loca adfert. (vid. Xenophont. Memor. L. II. c. 1. p. 84. ed. Schneid.) Virgil. Labor improbus omnia vincit.

Θνητοῖς. Sic Joann. Sicel. — In schol. Hermogenis δὲ βροτοῖς, quod propter sequens βροτεΐη et supervacaneum δὲ admitti non potest. Μελέτη τε βροτεΐη. correptum esse τε ante βρ, ne quem moretur. Habuit Archilochus tot exempla hujus correptionis in Homero, ut ei jure licuerit eum hac in re sequi. Fueritne hic hexameter pars elegiae an epodi, cujus modi in Horatio sunt 12, 13, 14, incertum est.

LXXXVI.

Φιλήτα νύκτωρ περὶ πόλιν πωλευμένω

Furi noctu circa urbem vaganti.

Eustath. Odys. T. III. p. 1880, 2. Φιλήτου δὲ τοῦ εἰρημένου χρῆσις μὲν παρά τε Ἡσιόδῳ (Ἔργ. 373.) καὶ παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐν τῷ Φιλήτα ν. π. π. π. ἤγουν, κλέπτῃ νυκτιλόχῳ. De etymologia hujus vocis agit ibidem

Eustathius et Tzetzes ad Hesiod. l. c. Sed lectu digna sunt, quae Etymol. M. ex Tryphone Grammatico adfert: Φιλήτης ὀξυνόμενον μὲν σημαίνει τὸν ἔρασην· παροξυνόμενον δὲ τὸν κλέπτην· παρὰ τὸ ὑφελίσθαι γίνεται ὑφειλήτης, καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ υ καὶ ἐκτάσει τοῦ εἰς η γίνεται φιλήτης· πολλὰ δὲ πάθη ἐνταῦθα γέγονε. Λέγει δὲ ὁ Τρύφων, ὅτι συνέπαθεν ἡ φωνὴ τῶ σημαυομένῳ, ὡς ἡμισυκύκλιον, ἡμικύκλιον, λείπω, λιμός· ὁ γὰρ κλέπτης ἔνδειαν ποιεῖ, οὗ χάριν καὶ φωνῆς ἔνδειαν ἐνεδέξατο. Aliter Helladius apud Photium in Biblioth. p. 1596, 6. Κατ' εὐφημισμὸν οἱ Ἀττικοὶ τὸν κλέπτην φιλήτην λέγουσιν, οἷον μισήτην· ἢ καὶ φιλήτης ὁ κλέπτης, διότι φιλεῖ λαμβάνειν τὰ ἀλλότρια. Occurrit haec vox etiam Hymn. in Merc. v. 66, 229. Eurip. Rhés. 217. Aeschyl. Choeph. 998. Cf. Ruhnck. ad Plut. p. 445. not. 58, 6. Diophanes Anal. T. II. p. 259. v. 1. ubi alias φιλήσης vel φιλήτης legitur.

Φιλήτης ὁ Ἔρως καλοῖτ' ἂν ὄντως·

Ἄγρυπνεῖ, θρασύς ἐστιν, ἐκδιδύσκει.

Vid. Bibliothec. elegantiorum artium et litt. T. LXIV. p. 227. Ἄγρυπνεῖ convenit cum Archilochi νύκτωρ περὶ πόλιν πωλεμένῳ, qui fur ab Hesiodo quoque ἡμερόκοιτος dicitur: μήποτε σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἔληται, quia propter furta, quibus invigilat noctu, interdiu dormit.

Πωλεμένῳ loco πολεμένῳ reposui, ut cum fragm. V. consentiat, quam scripturam et lex antiqua et Homeri usus probat. Mutato dativo in vocativum tetrameter trochaicus ab initio mutilus inde existit.

- υ - φιλήτα νύκτωρ περὶ πόλιν πωλεύμενε.

LXXXVII.

"Ερξω — ἐτήτυμον γὰρ ξυγὸς ἀνθρώποις "Αρης.

Agam igitur — revera enim communis hominibus Mars.

Clemens Alexand. p. 738, 25. Καθάπερ ὁμέλει καὶ κείνο τὸ ἔπος· Ξυγὸς Ἐνυόλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα (Π. 6. 309) μεταποιῶν αὐτὸς (ὁ Ἀρχίλοχος) ὡδέπως ἐξήνεγκεν. "Ερξω· ἐτήτυμον γ. κτλ. Dubium est, an hoc fragmentum ex senariis vel tetrametris desumptum sit. Si ponas ἔρξω ex praecedenti versu superesse, reliqua senarium efficiunt; sed potuit etiam vocula post ἔρξω excidisse, v. g. οὖν vel ὡδε juxta Homer. Od. ι. 358. Ἀλλὰ μάλ' ὡδ' ἔρξω et Od. ζ 258. ὡδ' ἔρδειν, et tum tetrameter erit,

De sententia hujus loci cf. Heynius ad Homeri locum cit. egregie disputans Observ. T. VII. p. 476. qui et Archilochium locum hunc advocat.

LXXXVIII.

*Ως ὄνου Πριηνέως κήλωνος ἐπλήμμυρον.

Velut asino Prienensi admissario inturgescebam.

Eustathius Od. T. III. p. 1197, 27. de nominibus agens, quibus veteres libidinosos et rei venereae deditos appellare solebant, sic pergit: αἱ χρήσεις παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οἳ φασιν, ὡς κήλων μὲν πεποίηται ἀπὸ τῶν

ὄχευτῶν ὄνων· Ἀρχιλόχος· Ὡς ὄνου. κτλ. Item Etymol. M. v. ἀτρυγέτος — — τρύγη δέ ἐστι ὁ δημητριακὸς καρπὸς, ὡσπερ ὄνου κήλωνος ὄτρυγηφάγου, ἀντὶ τοῦ κριθοφάγου κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, ὡς κριόεις, ἀκριόεις, παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ. Unde hanc vocem ὄτρυγηφάγου etiam ad hoc fragm. pertinere apparet, qua adjuncta iambus hic enascitur.

— — Ὡς ὄνου Πριηνέως

Κήλωνος ὄτρυγηφάγου ἐπλήμμυρον.

Ut ἐπλήμμυρον, sit aorist. secundus, cujus penultima brevis est. Sed majorem difficultatem sensus horum verborum parit. Nam quid poeta significare voluerit per ἐπλήμμυρον ὄνου, difficile est conjectura assequi. An simpliciter tantum indicat sibi ventrem cibo potuque nimis repletum intumuisse, ridicula ad id imagine usus de asino Prienensi hordeo bene pasto? an sensus turpis hic latet, quem eruere operae pretium non fuerit? an ὥσε conjunctio est, et δίκην post ὄνου excidit?

υ·υ Ὡς ὄνου δίκην Πριηνέως κτλ. Doctioribus hoc dijudicandum relinquo.

Κήλωνος. Etymol. M. v. κήλον — — κήλων γὰρ λέγεται ὁ θερμὸς εἰς συνουσίαν, παρὰ τὸν κήσω μέλλοντα, δηλοῖ τὸ καύσω· et v. βάκηλος· — Κήλων γὰρ τὰ αἰδοῖον· ἔνθεν καὶ κήλων ὄνος ὁ συνουσιαστικός. Unde quoque Pan a Cratino κήλων dictus. Cf. Vann. crit. Dorvil. p. 53.

Ὄτρυγηφάγου. Vid. Etym. M. I. c. Hesychius h. v. περιττὸν τὸ ο. τρύγη γὰρ ὁ σῖτος, καὶ χόρτος. Photius Lexic. ὄτρυγηφάγου, τὸν κριθοφάγου. Ἀρχιλόχος, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο. Sine ο pleonastico utitur hac voce Plutarch. T. VIII. p. 912. Probl. L. VIII. η̄.

Ἐπλήμμυρον. Hesych. πλημμύρει· πέπληθεν. Apollon. Rh. IV. v. 104. Μαζοὶ πλήμμυρον λοχίης ἐκ νηδύος.

LXXXIX.

Ὅρκον δ' ἑνοσφίσθης μέγαν.

Ἄλαστε καὶ τράπεζαν.

A jure jurando descivisti salibusque et mensa.

Origenes contra Cels. L. II. p. 201. p. 407, 408. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι πολλοὶ κοινωνήσαντες ἄλων καὶ τραπέζης ἐπεβούλευσαν τοῖς συνεσίοις, καὶ πλήρης ἐστὶν ἡ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἰσορία τοιούτων παραδειγμάτων καὶ ὄνειδιζών γε ὁ Πάριος Ἰαμβοποιὸς τὸν Λυκάμβην μετὰ ἄλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντα, φησὶ πρὸς αὐτόν. Ὅρκον δ' ἑ. μ. κτλ. Duo versus dimetri iambici, alter acatalecticus, alter catalecticus, quo metro Archilochum contra Lycamben et filias usum esse testatur Victorinus L. III. 2585. (vid. comment. §. IX. not. x.) Sed alter fortassis mutilus est senarius, ita ut verisimile sit, quod opinatur doct. Huschke Miscell. philolog. p. 15, 16, partem esse illius epodi, in quo fabula de vulpe et aquila Lycambae perfidia castigatur. De eadem re Dio Chrysost. orat. 63. 461. Ἀρχίλοχον οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἄλας καὶ ἡ τράπεζα πρὸς τὴν ὁμολογίαν τῶν γάμων ὧν φησὶν αὐτός. Alexand. Aetol. epigr. V. Analect T. I. p. 419 — — ὁ δὲ Ζῆνα Ξείνιον αἰδόμενος Σπονδάστε Φοβίου καὶ ἄλα ξυνεῶνα τραπέζης· ubi conf. quae Jacobs praeter hunc Archilochi locum profert, qui ex hoc ipso proverbium ortum esse putat ἄλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. Sed jam in Homero haec locutio, saltem pars ejus occurrit od. φ. v. 28.

Σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὄπιον ἠδέσασθ', οὐδὲ τράπεζαν,
Τὴν δὲ οἱ παρέθηκεν.

Et sic post eum alii scriptores. Aeschyl. Agam. 409. Οἶος καὶ Πάρις, ἔλθων εἰς δόμον τῶν Ἀτρειδᾶν, "Ἡσχυ- νε ξενίαν τράπεζαν· et v. 712. Eurip. Hecub. 793. Hecuba queritur, quod Polymnestor eam circumvenit: Κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχῶν ἐμοί. Xenoph. Anab. L. III. c. 2. de ducibus per perfidiam interemtis: Ὅσις Κλεάρχῳ καὶ ὁμοτράπεζος γενόμενος αὐτοῖς τούτοις ἐξαπατήσας τοὺς ἄνδρας ἀπολώλεκεν. Heliodor. L. IV. c. 14. p. 251.

Ἐνοσφίσθη, Discesisti a jure jurando, id est, violasti illud, ut Latini dicunt, ab officio discedere. Ostendit Mitscherlich ad Hymn. in Cerer. v. 92. hoc verbum recte cum accusat. construi locis Homeri et Apollonii, quibus adde Aeschyl. Eumen. 206. sed etiam genitivum adsumit Od. ψ. 98.

XC.

Ζεῦ Πάτερ, γάμον μὲν οὐκ ἔδαισάμην.

Jupiter, epulas quidem nuptiales non celebravi.

Hephaest. p. 13. Τρίμετρον δὲ καταληκτικόν, οἷόν ἐστι τὸ Ἀρχιλόχου, ὃ τινες ἀκέφαλον ἰαμβικόν καλοῦσι. Ζεῦ π. κτλ.

Ἐδαισάμην. Sic ab Arnaldo emendatum p. 49. Animadv. pro ἔδασάμην, quod primum a breve habet, quam emendationem cod. confirmat. vid. Vann. crit. 433. II. T. 299. Δαΐσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι. Eurip. Iphigen. in Aul. 707. Ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμον θεαί.

XCI.

Κρύπτομεν ἀνιηρὰ Ποσειδῶνος ἀνακτος δῶρα.

Condimus (tumulo) tristia Neptuni regis dona.

Schol. Aeschyl. Prometh. v. 621. Οἴκουν πόροις ἄν τήνδε δωρεὰν ἐμοί; — Τὸ δὲ δωρεὰν ἐπὶ συμφορᾶς λαμβάνεται καὶ ἐπὶ κακοῦ, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Κρύπτομεν ἄ. Π. κτλ. Metri ratio perturbata est; forsā ex elegia haec sumta sunt, ita ut hexametrum cum initio pentametri efficiant;

Κρύπτωμεν δ' ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος ἀνακτος

— Δῶρα. Habet quoque κρύπτωμεν edit. Robert. et Ms. Baroc. (Gaisford.)

Ἀνιηρὰ. Ab Homero quidem secunda producta adhibetur, Od. β. 190. ut in ἀνία est, sed corripitur a Theognide duobus locis v. 126. Καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον. et v. 270. Χρήματα δ' ἐγκαταθεῖς πόλλ' ἀνιηρὰ πάθοις. quare et correpta Archilochus recte uti potuit. Videtur autem poeta mihi loqui de naufragio et naufragis, quorum aliquos, qui in mari perierunt, forte a fluctibus ejectos, ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος δῶρα vocat, et quorum corpora tumulari (κρύπτεσθαι) jubet.

Κρύπτομεν. κρύπτειν vel solum, vel addito γῆ aut τάφῳ aut loco, ubi tumulantur, de sepultura mortuorum dici notum. Sophocl. Antig. v. 284. Πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην Ἐκρυψαν αὐτόν; Aeschyl. Agam. v. 466. de caesis ad Trojam: ἔχθρὰ δ' ἔχοντες ἔκρυψαν. Eurip. Herub. 726. Παῖδα τὴν ἐμὴν κρύπτειν τάφῳ. Sic et Latini. Propert. L. II, 3, 72. Ante fores dominae condar oportet iners.

Ἄνιηρά δῶρα, dona tristia, ingrata. δῶρα enim, ut supra scholiastes, etiam ἐπὶ συμφορᾶς λαμβάνεται καὶ ἐπὶ κακοῦ. Bona vero et mala dii hominibus tribuere credebantur. Homer. Od. δ. 232. Θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε δίδοι. Theogn. v. 135.

Ἵουτις, Κύρν', ἄτης καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτὸς,
Ἄλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ὀμφοτέρων.

Ipsa Archilochus fr. LXV. bellum, caedem, vulnera ξείνια λυγρὰ Martis vocat. Hinc fabula de utro in Iovis vestibulo jacente, unde et bona et mala dispensat, Il. ω. v. 527, ad quae accipienda et toleranda passim hortantur poetae. Aeschyl. Pers. 291. Ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν Θεῶν δίδόντων. Callim. in Cerer. 215. Apollon. Rh. I. 298. Ipsis Archilochi verbis usus est Palladius epigr. 11. Anal. T. II. p. 48.

Ὀργῆ τοῦ Διὸς ἐς γυνή, πρὸς ἀντιδοθεῖσα,
Δῶρον ἀνιηρόν.

XCII.

Θάσον δὲ τὴν τρισσιζυρὴν πόλιν,

Thasum nimis quam miseram urbem vel insulam.

Eustath. Od. ε. T. III. p. 1542, ubi docet τρις in compositis multitudinem πολὺ, πολλάκις, ἄγαν significare, ad quod illustrandum Archilochi locum adfert, et per λίαν ὀζυραν explicat. Item T. I. p. 725. Sic et Virgil. O terque quaterque beati. Et poeta Germanus: O dreymal glückliches Land!

Τρισσοῖζυρῆν πόλιν. de voce πόλις insulam significante vid. fr. LXXV. Hesiodus Ascram, quo emigraverat, eadem appellatione insignit "Εργ. v. 625. Νίσσατο δ' ἀμφ' Ἐλικῶνος οἰζυρῆ ἐνὶ κώμῃ "Ασκληῖ· cf. frag. XXX et LXII, ex quibus mala, ob quae Archilochus Thasum τρισσοῖζυρῆν hic vocat, conijcere licet· mutilus ab initio senarius est, si legatur Θάσον δὲ τὴν τρισσοῖζυραν πόλιν. Sed hoc Atticis in primis proprium.

XCIII.

Ἀσίας καρτερὸς μηλοτρόφου.

Asiae dominator oves alentis.

Eustathius Od. o. T. III. p. 1790, 7. Ἄλλ' ὑμεῖς κατεροὶ αἰεὶ, τουτέστι δεσπότες, ἐγκρατεῖς, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος Ἀσίας κ. μ. Hinc corrigendus Schol. Euripid. Med. v. 708. — qui vitiose h. l. sic adfert: ἢδ' Ἀσίῃ τε καρτερὸς μηλοτρόφος, vide et Phavorin. v. καρτεροί. Eodem modo Aeschyl. de Asia Pers. v. 760. "Εν ἀνδρὶ ἀπάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου Ταγείν. Eudoc. Viol. p. 78 de Cadmo ex Arriano: "Ευθα Θεβαίων ἐγένετο καρτερὸς, πλούτῳ εὐδοκιμῶν καὶ ἄλλη σφφία. Versus mutilus metrum iambicum indicat.

XCIV.

Προτείνω χεῖρα καὶ προῖσσομαι.

Protendo manum et stipem peto.

Scholias. Aristophan. Ἰπκ. v. 433. ad. voc. καταπροΐξει, ubi hoc verbo, ejusque origine explicata addit: Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν Ἐπιμερισμοῖς παρὰ τὸ ἴσσω φησὶ καὶ Ἀρχίλοχος· προτείνω χ. κ. π. Haec exscripsit Suidas v. καταπροΐζεται. Habet id et schol. ad Odysseum ζ. v. 532. ἀνδρὶ, προΐκτη — μεταίτη παρὰ τὸ ἰκτεύειν καὶ προσαιτεῖν. Ἀρχίλοχος· προτ. χ. κ. προῖσσομαι. vid. et v. 449. item Etymol. M. v. προΐκτης, προσάιτης — παρὰ τὸ ἰκνεῖσθαι, τινὲς δὲ παρὰ τὸ ἴζεσθαι (mal. ἴζεσθαι) ὄψεσθαι τινὰ λαμβάνειν, post quae Herodiani sententiam cum fragmento, omisso καὶ, adfert. porro Zonaras Lexic. v. προΐκτης T. II. p. 1513 Occurrit id etiam in Lexico vocum Herodotearum a Wesselingio Herodoto adjecto. Cf. Fragm. XXII. Phavorin. v. καταπροΐξήμου. Veram hujus verbi προῖσσομαι vim, stipem petere, exposuit Toup. Opusc. Crit. V. I. P. I. p. 211. quem vide. Nihil igitur commune habet cum προισχομένου, quam Hesychii glossam Sopingius ad id retulit. Metrum ut prius.

XCV.

Χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι.

Bilem enim non habes in hepate.

Athenaenus L. III. p. 107. F. Δασυντέον γὰρ λέγουτας τὸ ἥπαρ· καὶ γὰρ ἡ συναλοιφή ἐστὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ διὰ δασέος. φησὶ γάρ, χολὴν γ. οὐ. κτλ. Sicut autem Archilochus bilis adeoque irae sedem recte in hepate collocat, ita Theocritus aliique sedem vel potius signa ejus in naso posuere. Idyll. α. v. 18, de Pane: Καὶ οἱ ἄσι δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥῖνι κάθηται, ubi vid Casaub. c. 1. Lection. Theocrit. Verum hepar non tantum irae, sed aliorum etiam affectuum sedes ex opinione veterum fuit. Aeschyl. Agam. 444. Πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἥπαρ. Sic amoris. Anacre. od. 3. τανύσει δὲ (ὄ'Ερωσ) καί με τύπτει μέσον ἥπαρ. cf. Annae Fabri et Longepetraei adnotationes, qui pluribus haec illustrant; contra vero de dolore animi Aeschyl. Eumen. 130. Ἄλγησον ἥπαρ ἐνδίκους ὄνειδέσει. Vid. Valckenar. ad Hippolyt. v. 1070 in not. p. 279 et quos ibid laudat, Metrum ut prius.

XCVI.

Πόδες δὴ κεῖθι τιμιώτατοι.

Pedes sane illic honoratissimi.

Plutarch. de Garrulit. T. III. p. 4. ubi sermo de garrulo, cujus loquacitatem omnes fugiunt, qui tamen omnium auribus se inculcat. Προσκέῖται γὰρ ἀπανταχοῦ τῶν ἱματίων, ἀντιλαμβανόμενος τοῦ γενείου, τὴν πλευρὰν θυροκόπων τῆ χειρὶ, Πόδες δ. κ. τ. κατὰ Ἀρχιλόχον. Simile quid habet Homer. Od. α. v. 165.

Εἰ κενὸν γ' Ἰθάκηυδε ἰδοῖατο νοσησάντα,
 Πάντες κ' ἀρηθαίαιτ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι,
 Ἦ ἀφνειότεροι χρυσόιο τε ἴσθητός τε. et Odyss. σ.
 382. et seqq.

Πόδες δὴ, alii δέ· metrum ut praecedens.

XCVII.

Ὅγμὸς κακοῦ δὲ γήραος καθαιρεῖ.

Series malorum senectutis (nos) occupat, vel evertit.

Hephaestio p. 16, ubi de metris iambicis agit:
 Τρίμετρον, οἷον τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου. Ὅγμὸς κ. δ. γ. κ.
 Est autem trimeter catalecticis, ut in fragm. LXIX.
 Πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε, ex carmine forte
 quoque epodico. In priori editione, nescio, quo malo
 fato aut memoriae lapsu, in hoc loco καθήκει, adver-
 sariis adscriptum, in locum verae lectionis καθαιρεῖ ir-
 repsit, ut in utraque editione Turnebi et Pauwii est.
 Ad sententiam vero quod attinet, cum versus e medio
 carminis continui excerptus sit, mutila esse videtur, et
 accusativus ἡμᾶς vel τὸν βίον desiderari. Ὅγμὸς igi-
 tur, proprie series metentium vel messae frugis (cf.
 Heyn. II. λ. 66. T. VI. p. 34. Obser.) translate hic
 sumendum, continuam malorum seriem, mala alia
 ex aliis, quae cum senectute ingruunt, eamque circum-
 veniunt, significaret, ut ὀγμὸς ὀδόντων est continua
 series dentium Anal. T. III. epigr. 271; καθαιρεῖ

autem valeret vel occupare vel evertere et destruere et sensus esset, mala continua, quae cum senectute ingruunt, nos occupant, vel omnem vitae jucunditatem evertunt aut deprimunt. Hinc forte praestaret etiam κακῶν legere. Sed ut verum dicam durior mihi haec translatio τοῦ ὄγκος videtur, et in mentem venit, an non ὄγκος legi possit, quatenus onus significat? Suidas ὄγκος τὸ βάρος. Σοφοκλῆς (Elect. 131.) Ὅγκος ἀνίας Nonn. Dionys, LXII, 269. certe tum omnia melius consentire videntur: onus malae senectutis nos deprimat et omnem vitae jucunditatem evertit. De onere autem senectutis et malis, quae eam premunt, auctores vulgo conqueruntur. Sophocl. Oed. Col. 1234. Eurip. Herc. fur. 638. τὸ δὲ γῆρας αἰεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κείται. Gnostic. apud Brunck p. 225. v. 96. Χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐς τὴν ἀνθρώποις βάρος.

XCVIII.

Πολλὰς δὲ τυφλὰς ἐγγέλλυας ἐδέξα.

Multas autem caecas anguillas cepisti.

Athenae. L. VII. p. 299. et. Ὀμήρου δὲ εἰπόντος, τείρουτ' ἐγγέλλυές τε καὶ ἰχθύες, ἀκολούθως ἐποίησε καὶ Ἀρχίλοχος· Πολλὰς κτλ. Metrum ut praecedens, sed ἐγγέλλυας contracte legendum, ut iambus in sede pari sit.

Τυφλὰς ἐγγέλλυας. Anguillae, ut Athenaeus l. c. p. 298. B. ex Aristotelis Histor. animal. (VI. c. 2.) adfert, in aqua turbida vivere non possunt, sed

suffocantur. Quare qui eas piscantur, aquam turbare solent, ut metu suffocationis coetae, dum in turbido quasi caecae, (τυφλαί) nec retia nec effugium videre possunt, facilius irruant et capiantur. Aristoph. Ἴππ. 860.

Ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγγέλεις θηρώμενοι πέπουθας·

Ὅταν μὲν ἡ λίμνη κατασῆ, λαμβάνουσιν οὐδέν·

Ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,

Δίρουσι.

ubi vid. interpp. cf. et Schweighaeus. Animadv. ad Athenaeum T. IV. 299. seq.

XCIX.

Καὶ πεσεῖ δρήσιν ἐπ' ἄσκον, μηρούς τε μηροῖς. —

Et procidet actuosum in ventrem, femoraque femoribus. —

Scholiast. Eurip. Med. 679. Ἄσκοῦ με τὸν προῦχοντα μὴ λῦσαι πόδα. — Ἄσκον τοίνυν λέγει τὸν περιτὴν γαστέρα τόπον. Ἀρχίλοχος· Καὶ πεσεῖ δ. κτλ. Deest in fine verbum ad sensum explendum, forte an συμπλέκει, quod si adjiciatur, fit versus asynartetus ex trochaioo dimetro acatalectico, et iambico dimetro, quem Victorinus p. 2551. scribit Archilochum composuisse. (vid. comment. num. 20 not. g.) De tribade enim vel meretrice κελητιζούσῃ, forte de ipsa Neobule vel una filiarum Lycambae, quibus tantopere conviciatus est, Jacobs haec dicta esse putat V. I. P. I. p. 169. qui tamen pro laceris senariorum fragmentis habet, illu-

stratque loco Anacreontis apud Phavorin. Γυναῖκες εἰλίποδες· πλέξαντες μηροῖσι παρὰ μηρούς (l. πλέξασαι). Unde quoque Eurolis talem feminam εἰλίποδα vocavit ἐκ τῆς εἰλήσεως τῶν ποδῶν τῆς κατὰ μίξιν. Suid. v. μυσάχνη et Phavor. l. c.

Δρήσην. schol. l. c. δρήσην λέγει οἶον δράσαντά τι, et Hesych. Δράσης· πράττειν δυνάμενος. Maneth. L. II. 469. et 85. Ὑψηλοῦς, δράσας, μεγαλόφρονος. —

Ἄσκον. Graecis ἀσκός non modo de ventre aut loco circa ventrem, ut apud Eurip. et Archilochum dicitur, sed etiam de toto corpore usurpatur. Aristoph. Νεφ. 440. Ἄσκειν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δέρειν. schol. ἀντι τοῦ σώμα ἐκδέρειν. Et haec locutio adeo usitata fuit, ut in proverbium abierit. Suidas. Ἄσκον δέρειν· ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἐπαγγελλομένων πράττειν τι.

C.

Ἐφ' ἡδονῆς σαλευομένη κορώνη.

Prae voluptate agitans se cornix,

Scholiast. Arati ad v. 1009. Πῆχίτε κείουσι καὶ ὑπᾶτροποι ἀπτερίζονται. — οἶονεὶ τὰ πτερὰ χαλῶσιν, ἢ διασειούσι τὰς πτέρυγας ὑποσρέψαντες· διακινούσι γὰρ τὰς πτέρυγας οὗτοι ὑφ' ἡδονῆς τὴν καίτην καταλαδύντες, ἢ τὴν ἐκ τοῦ αἴρος ἰκμάδα ἀποτινάσσοντες, καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ. Ἐφ' ἡ. σ. κ.

Σαλευομένη, cornix alis plaudens, dum cubile suum occupat, repraesentatur. Hom. Il. β. 462. Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι, quod Heynius Observ. T. IV. p. 280. explicat, significantes

laetitiam alis, alarum plausu, et comparat illud Virgii III. 226. Magnis quatiunt clangoribus alas. Sensus huic fragmento abscoenum subesse, quia apud Phavorin. legitur: Κορώνη, τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, scholiaste prorsus nihil tale innuente, haudquaquam probabile est.

CI.

Ἄμυδρὸν χοιράδ' ἐξαλευάμενος.

Grave malum (quasi caecum in mari saxum) evitans.

Scholiast. Nicandri. v. 34. Τὸ δὲ ἄμυδρὸν ἀντι τοῦ χαλεπὸν καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ εὔρηται εἰπόντι· Ἄμυδρὸν χ. εἰ. χοιράδες autem αἱ ἐγκείμεναι πετραι· καὶ πάθος τι δεινόν. quae posterior significatio hujus loci est, quia ἄμυδρὸς juxta Scholiastem hic vim τοῦ χαλεπὸς habet, quod πάθει, malo vel casui gravi et infelici, non vero saxo convenit. Metaphorice igitur locutus est Archilochus, saxum in mari caecum, scilicet quod nautae sub aquis latens vel inter tenebras tempestatis non vident, donec navis ad id naufragio elisa perit, malum grave vocans. Ἐγκείμεναι πέτραι enim sunt ὕψαλοι. cf. Bergler ad Alciphr. L. I. Ep. 4. p. 60. Metaphorae loco Theognis hanc imaginem, ut similitudinem, adhibet v. 589.

Ἐπεὶ τὸν γ' ἐχθρὸν ἀλεῦμαι

Ὡς κυβερνήτης χοιράδας εἰναλίας.

Ἐξαλευάμενος. Meineke ἐξαλεύμενος scribendum censet, ut sit pars senarii. Est autem ἐξαλεύσθαι vel ἐξαλίασθαι, ἐκκλίνειν. Hesych.

CII.

Πῶς ἀπέπρησε τὰν σκύταν.

Quomodo caput adussit.

Erotian v. σκύτα τὸ μεταξὺ τῶν τρυόντων καὶ τοῦ τραχήλου — καὶ Ἀρχιλόχος λέγων· πῶς ἀπόπ. τ. σκ, et deinceps pergit: τινὲς δὲ φασὶ σκύτα λέγεσθαι τὸν νωτιαίου μυελόν, οἱ δὲ τὸ ἐπίον, οἱ δὲ τὸν μεταξὺ τοῦ μετώπου καὶ τῶν ὀφρύων τόπον, ὅπερ ἐπισκύνιον καλοῦμεν· τινὲς δὲ σκύτα εἶπον τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα, παρ' ὃ καὶ ἡ σκυτίς (pro σκύτος) εἴρηται. Ex quibus apparet Erotianum ipsum non satis habuisse cognitam vocis notionem. Alii etiam collum, alii ipsum caput intelligunt· σκύταν καλεῖ τὴν κεφαλὴν πολλάκις Ἰπποκράτης Psell. ms. vid. Hesych. v. σκύτη et ibi interp.

Ἀπέπρησε, Hesychii glossa ἀπέπρησεν· ἀπεδάκρυσεν, ἀπεφύσησεν, ἀπεκάρυσεν, huc non facit. Quare notio comburendi, qua Homerus ἐμπρήθω, vel ἐνιπρήθω saepe adhibet Il. ι. 585. v. 320. ο. 507, convenientior hic visa est. Ita in priori editione. Sed probabiliter hoc verbum corruptum est, et legendum ἀπέπρισε. Sic enim Eustachius in Erotiani versione vocum, quae sunt apud Hippocratem Venetiis 1566 legisse videtur; vertit enim: quomodo secuit τὰν σκύταν, ab ἀποπρίω, desecare vel resecare praecipue dum serra fit. Ammian. Anal. T. II. p. 388. ep. 19. "Ἦν οὐδείς μὲν ὕφηνεν, ἀτέπρισε δ' ἢ πελεκήσας. κτλ. ut adeo σκύτα hic caput, vel potius citem capitis cum capillis significet, prout ipse Erotianus in fine h. l. interpretatur, et ἀποπρίειν τὸν sive τὴν σκύταν, idem sit quod σκυτίζειν vel σκυθίζειν et ejus composita cum περὶ et ἀπὸ, prius a σκύτος, po-

sterius a Σκύθης, quia scilicet Scythae id facere solebant, qui caesis hostibus cutem capitis cum capillis circumcidebant. Hesych. σκύθη· κεφαλαί. scalps, ut Tourpius interpretatur. Etym. M. ἀποσκυθίσαι· κυρίως τὸ περιτέμνειν τὸ ἐπὶ κεφαλῆς δέρμα σὺν ταῖς θριξί, καταχρηστικῶς δὲ ἀποκεῖραι. Bekkeri Anecd. T. I. p. 435. v. ἀποσκυθίσας. Optime haec explicavit Tourp. Opusc. crit. T. I. P. III. 344. seqq. Vertendum igitur sic esset: Quomodo ei cutem capitis cum capillis desecuit.

CIII.

’Ου γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο;

Nonne ab amicis prorsus afflictus es.

Aristotel. Πολιτικ. η̄. Διὸ καὶ Ἀρχιλόχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν. ’Ου γὰρ κτλ. hoc fragmentum Jacobs Animadv. Vol. III. P. III. p. 388. ad fragm. XXXII. in quo animum poeta alloquitur, pertinere putat, et tetrametri partes sic constituit: — υ οὐ γὰρ δὴ υ — υ παρὰ φίλων ἀπάγχεο.

’Ου γὰρ Cum Aristoteles dicat amicos ab Archilocho hic incusari, eumque de iis conqueri, οὐ γὰρ interrogandi vim habeat necesse est, vel ironice accipiendum, quasi diceret: Tu scilicet ab amicis prorsus non es pessusdatus.

Ἀπάγχεο, sensu translato adhibitum, nimirum eo moeroris, miseriae vel desperationis redigi, ut parum absit, quin ipse vitam laqueo finias.

CIV.

Πάρελθε, γενναῖος γὰρ εἶς.

Accede, nam generosus es.

Athenaeus L. XIV. p. 615. D. Quaeritur hic inter Sophistas, quae sint illae ficus vel uvae, quas Plato L. VIII. de Leg. generosas, *σαφυλὴν γενναίαν, σῦκα γενναῖα* vocat, et Masurius respondet: *γενναῖα λέγει τὰ εὐγενῆ ὁ φιλόσοφος, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος, Πάρελθε, γ. γ. εἶ.*

Γενναῖος idem saepe Platoni esse quod *εὐγενής* non est dubium; sic Protagor. T. III. p. 105. *γενναῖος* et *ἀγενής* sibi opponuntur. Timaei Lexic. *Γενναῖος, ὁ δ' εὐγεγονώς*, ubi vide Ruhnken. et loca quae ex Platone adfert, observans *γενναῖος* etiam de re quolibet eximia et praestanti sive corporali sive incorporali dici, ubi et hunc Archilochi locum laudat. Differentiam vero ejus ab *εὐγενής* explicat Aristoteles L. II. c. 31. Rhetor. "Ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετὴν· γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίσασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Quidquid igitur a natura vel virtute a natura ei indita non degenerat. Cf. et Casaubon. comment. p. 588. Versus est dimeter iambicus acatalectus.

CV.

Πτώσσουσαν, ὡς περδίκαι.

Perterritam instar perdiceis.

Athenaeus L. IX. p. 388. F. Πέρδιξ· τούτων πολλοὶ μὲν μέμνηται, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῶν ἔνιοι συσέλλουσι τὴν μέσην συλλαβὴν ὡς Ἀρχίλοχος. Πτώσσουσ. ὦ. π.

Πτώσσουσα γ. πτώσσειν et πτήσσειν eandem vim habent, de quorum posteriori Heynius Observat. T. VIII, p. 279. Il. γ. v. 91. notat illud de avibus aliisque animantibus dici prae metu se contrahentibus demisso capite.

Πέρδικα. De quantitate mediae syllabae hujus vocis agit auctor prosodiae ab Hermanno editae et adjunctae libro de emendanda ratione Graecae Grammaticae p. 434. regul. 64. Postquam ostendit genitivos vocum plurium syllabarum in ζ habere *ι* longum, dum ante finem vocis syllaba est longa, ut φοῖνιξ, ικος, τέτιξ, ιγος, sic pergit: Πτολεμαῖος δὲ ὁ Ἀσκαλωνίτης φησὶν, ὡς τῆς πέρδικος καὶ χοῖνικος γενικῆς ἡ μέση συσέλλεται, πεισθεὶς τῷ Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ, καὶ τοῖς οὕτω χρησαμένοις ποιηταῖς διὰ τὸ μέτρον· ἀλλ' ἔστιν αὐτὰ καὶ ἐκτεινόμενα πολλάκις εὐρεῖν. Metrum est ut prius.

CVI.

Ἐμπλην ἑμοῦ τε καὶ φίλου.

Sine meque et amico.

Apollon. Sophist. Lexic. v. ἔμπλην· ἑμπελάδην, σύνεγγυς, ἢ ὡς ἐνιαχοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ χωρὶς· ἔμπλην κτλ. ubi pro ἑμοῖ Villoison ἑμοῦ correxit. Item Scholiastes Nicandri p. 19. sed vitiose ἐφόλου pro φίλου. Hesych. Ἐμπλην· χωρὶς, ἐγγὺς, πλησίον. Callimah. H. in Del. 73.

Φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηΐς, ὅση παρακέκλιται Ἴσθμῳ,
Ἐμπλην Αἰγιαλοῦ τε καὶ Ἄργεος.

Metrum priori fragmento consentit.

CVII.

Ὡς δ' ἄν σε θωῖη λάβοι.

Ut te poena consequatur.

Etymol. M. v. ἀθῶος· ὡςπερ ἀπὸ τοῦ ζῶ, ζωή, ἰῶ ἰωή, ἢ ἐκπεμπομένη βοή ἢ φωνή, οὕτω παρὰ τὸ θῶ, τὸ καταβάλλω καὶ ζημιῶ, θωή ἢ ζημία· ὁ γὰρ ζημιούμενος καταβάλλεται τι. Ἐξ αὐτοῦ γίνεται θωός, καὶ μετὰ τοῦ ζερητικοῦ α ἀθῶος, ὁ ἀζήμιος· ἔχει δὲ τὸ ἰ ἐκ παραδόσεως, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ Ὡ. ἀ. κτλ. Metrum ut praecedens.

CVIII.

Ἢ τευ μελαμπύγου τύχης.

Aut in nigram aquilam incidas.

Schol. ad Hom. Villois. II. ω. v. 315. p. 524. ubi ostenditur per ἀετὸν Homerum intelligere eam, quae μελαναστὸς et λαγωφόνος vocatur, et ab Aristotele μεγέθει ἐλάχιστος καὶ κράτιστος esse dicitur. Postea Scholiastes sic pergit: Εἰώθε δὲ καὶ ὁ Ἀρχιλόχος μελάμπυγον τοῦτου (τὸν ἀετὸν) καλεῖν. Ἢ. τ. μ. τ. De hac eadem

aquila Plutar. Amator. T. IX. p. 9. Ἀετόν τινα λέγουσι γνήσιον καὶ ὄρειον, ὃν Ὅμηρος μέλανα καὶ Θηρευτὴν προσεῖπεν. Sic enim Hom. Il. φ. v. 252.

Ἀετοῦ οἶματ' ἔχων μέλανος τοῦ *) Θηρευτῆρος,
Ὅς θ' ἄμα κάρτισός τε καὶ ὤκιςος πετεινῶν.

Apud Aristotelem Hist. animal L. l. c. 22. edit. Schneid. *tertia est classis μελανοετός a colore nomen habens.* Ἔτερος δὲ μέλας τὴν χροᾶν καὶ μέγεθος ἐλάχιστος καὶ κρᾶτιςος τούτων· οὗτος οἰκεῖ ὄρη καὶ ὕλας, καλεῖται δὲ μελανοετός· ἔστι δὲ ὠκυπόλας, καὶ ἄφθονος καὶ ἄφοβος καὶ εὐφημος· οὐ γὰρ μινυρίζει, οὐδὲ λέληκεν. Unde sua desumpsit Plinius. L. X. 3. Aeschylō Agamemn. v. 115. οἰωνῶν βασιλεῖς — ὁ κελαινός dicitur. Atque hinc etiam ex toto in parte μελάμπυγος idem qui μελανοετός vocatur, et hunc ipsum ab Archilocho intelligi, neque translate hic adhiberi docet ibidem scholiastes haec addens: Ἄλλος γὰρ ὁ πύγαργος, ἄλλος δὲ ὁ μέλας ὄλος, διὰ τοῦτο καὶ μελάμπυγον (καλεῖ ὁ Ἀρχίλ.) ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτους ἀναφέρων Διάσους κατωμαδὸν πρὸς Ἡρακλείου φερούμενος τὰς ὑπὸ ἰσχία αὐτοῦ καταμαθεῖν πυγὰς, καὶ γελάσαντας οὕτω τυχεῖν σωτηρίας, ἀλλὰ πρὸς τὸν πύγαργον ἀστὸν συγκρίνων καρτερόν εἶπε τὸν μελάμπυγον, (vid. fragm. CLXVII, quo et hic locus respicitur). Non igitur hoc ad proverbium spectat, quod ad Herculem μελάμπυγον refertur, et cuius originem exponit Zenobius C. V. 10. et Photius Lexic. 188. Hesych. μή τευ μελαμπύγου τύχοις· μή τινος ἀνδρείου καὶ ἰσχυροῦ τύχοις· idem et v. μελάμπυγος· item Suidas. v. μὴ σύγε μελαμπύγου τύχοις. Eubulus apud Athenae. L. III. 108.

Οὐκ ᾤου (δέ) με

Χολὴν ἔχειν· ὡς δ' ἠπάτω μοι διελέγου·

Ἐγὼ δέ γ' εἰμὶ τῶν μελαμπύγων ἔτι.

*) Heyn. μελανόσου.

Historiam de Hercule melampygo habet Eudocia Viol. p. 47. An igitur Archilochus τὸν κράτιστον τῶν ἀστῶν ἀφοβὸν καὶ μάχιμον pro forti et strenuo posuit, ut idem sit proverbii sensus?

Τύχης· Forte τύχους juxta Hesych. et Suidam.

CIX.

Αἶδων ὑπ' αὐλητῆρος.

Canens ad tibicinem.

Scholiast. Aristoph. "Ορν. v. 1426 ὑπαὶ πτερύγων τέ προσκαλεῖν — — ubi observat ὑπαὶ loco μετὰ positum esse et Hesiodi Ἄσπ. 283 *), et hunc Archilochi locum ut exempla profert, ita et Theog. v. 545. Χαίρω δ' αὖ πίνων καὶ ὑπ' αὐλητῆρος αἰδῶν item v. 803. alias ὑπ' αὐλοῦ, vel αὐλῶ. vide fragm. V. v. 1. in not.

CX.

Πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν.

Omnem virum glubere.

Athenaeus L. III. p. 122. B. Κηφισόδωρος γοῦν ἔῤῥισοκράτους τοῦ ῥήταρος μαθητῆς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς

*) Hesiodi editt. tamen l. c. habent ὑπ' αὐλητῆρος ut et v. 299. pro αὐλητῆρος in schol.

Ἄριστοτέλην λέγει, ὅτι εὐροὶ τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιη-
τῶν ἢ καὶ σοφιστῶν ἐν ἡ δύο γε πονηρῶς εἰρημένα, οἷα
παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ τὸ Πάντ' ἄ. ἄπ.

Ἄποσκολύπτειν. Forte ἀποσκολύπτει Jacobs. Bek-
keri Anecd. T. I. 423. ἀπεσκόλυπτε· κυρίως τὸ δέρμα
ἀφήρει, ἤδη δὲ καὶ τὸ ἐγύμνου: et v. ἀποσκολύψαι· Ety-
mol. p. 28. v. ἀπεσκολυμμένος. Est vero, inquit Schweig-
haeuserus ad Athenae. T. II. p. 354, ἀποσκολύπτειν pro-
prie decorticare, deinde pelle detracta nudare; sigilla-
tim vero de impuritatis genere sumitur quod Graeci
alias ἀποψωλεῖν dicunt. Scholiast. Aristoph. Ἰππ. v. 960.
ἀκρόψωλος, ἀπὸ τοῦ ἐσκολύφθαι τὸ αἰδοῦν εἰς τέ-
λος καὶ ὀλόκληρον. et hoc improbe dictum inter convi-
cia referendum videtur, quae Archilochus in Neobulem
et sorores ejus jecit, eas infamans, quod corpus vul-
garent, et quovis impuro modo virum quemvis ad ve-
nerem sollicitarent. Simillimus nequitia est ille locus
Catullianus, quem Jacobs l. c. comparat, et hinc du-
ctum esse putat. Carm. LV.

Nunc in quadriviis et angiportis

Glubit magnanimos Remi nepotes.

i. e. ἀποσκολύπτει, licet alii spoliare exponant. Hoc
sensu jam accepit Parthenius, quem vide sis, et Mu-
retus in notis: Ad veneream turpitudinem, inquit, po-
tius quam ad fortunarum spoliationem referri puto.

CXI.

Κέσται δ' ἐν ἰπῶ.

Jacet in pressorio.

Pollux. L. X. c. 31. s. 135. Καὶ ἵπος τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γραφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος· Κέ. δ' ἐ. ζ. iterum L. VII. c. 12. s. 41., scribitur ἰπὸς, ἴπος et Ἴπος vel ut Hemsterhusius scribendum censet, εἶπος, quem vide ad Aristophan. Πλούτ. v. 816. p. 278, ubi docet hanc vocem, quae etiam muscipulam significat (Pollux l. c.) saepe cum ἰπνός, furnus, caminus commutari. Pressorium instrumentum idem interpretatur ad Polluc. p. 1317. nota κνάφος.

CXII.

Ἄξυη ποτάτο.

Hasta (ex oxya facta) volabat.

Porphyr. Ζήτημ. Ὀμηρ. ιά. Καὶ ἔγχεα ὄξυέντα (Il. ε. v. 50.) ἐξ ὄξυης τοῦ δένδρου, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος, Ἄξυη. π. Item schol. Villos. Il. ζ. v. 201. Δῆλον, ὡς καὶ τὸ μείλιον ἔγχος ἐκ μελίας τοῦ δένδρου, οὐ μὲν ὡς οἱ παλαιοὶ, τὸ μακρὸν, καὶ ἔγχεα ὄξυέντα, τὰ (ἐξ) ὄξυας τοῦ δένδρου, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Ὄξ. π. ἀλλ' οὐ τὰ ὄξεία, ὡς οἱ γραμματικοὶ ἀποδεδώκασι. Quae vero arbor ὄξυα sit, certo dici non potest. Casaubonus ad Athenaeum p. 199. fagum esse censet. „Ὄξυα Theophrasti, quam scissimam indigetavit Theodorus Gaza, iudicio eruditorum est fagus illa, operibus ligneis apta arbor etc. ibidem. alii ad abietum genus referunt. Heyn. ad Il, ε. v. 50., qui et Archilochi locum laudat. Res igitur in ambiguo manet. Versus est ithyphallicus.

CXIII.

Δήμητρί τε χεῖρας ἀνέξων.

Ad Cererem manus sublaturus.

Hephaest. p. 27. de metro anapaestico. Ἐχρήσατο δὲ (ὁ Ἀρχιλόχος) τῷ πρώτῳ ποδὶ καὶ — σπονδαίῳ · Δημητρὶ τ. χ. ἀ. Versus est dimeter anapaesticus catalecticus, quem ithyphallicus forte secutus est; nam de hac conjunctione duorum metrorum, ut inde asynartetus existat. l. c. agitur. Ad hymn. in Cererem vero supra allatum, de quo fr. LXXVII, pertinere non potuit, quia ibi diversum est metrum.

CXIV.

Πυρὸς δὲ ἦν αὐτῷ φεψάλυξ.

Ignis autem scintilla illi erat.

Schol. Aristoph. Ἀχαρν. 270. φεψάλοι γὰρ εἰσιν οἱ σπυθῆρες, ὡς Καλλίας δηλοῖ. Ἀλλ' οὐδὲ μοιχαῦ καταλείπεται φεψάλυξ (Lysist. 107.) καὶ παρὰ Ἀρχιλόχῳ δὲ κεῖται · Πυρὸς κτλ. et Suidas v. φεψάλω, — λέγεται δὲ καὶ φεψάλυξ παρὰ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἀριστοφάνει. Schol. exscripsit Phavorinus v. φεψάλυκες, ubi male πηρὸς legitur. Vid. Moeris Att. et ad eum Pierson. p. 331 et 396. Hinc φεψαλώω comburo apud Aeschylum Prometh. 362. Ἐφεψαλώθη κἀξεδροστήθη σθίνος.

CXV.

Θυρέων ἀπεσύπαζον.

A januis fuste abigebam.

Etymol. M. p. 157. v. σύπος. Λυκόφρων. Πεύκης πρέμνον ἢ δρυός. σύπος καλεῖται (καὶ *) τὸ πρέμνον τῆς ἀμπέλου, ἀφ' οὗ Ἀρχίλοχος Ὀρέων ἀπεσύπαζον. Sic edit. Etymol. Venet. 1549, quae mihi sola ad manum est, et Ms Dorvill. (Gaisf.) At Θυρέων hic alias legi Alberti ad Hesych. v. ἀπεσπούδαζον adserit, et quem laudat, H. Stephanus in lexico suo veteri scriptum testatur T. III. Thes. p. 1120. Sic quoque Gaisfordius exhibet. Quare id pro Ὀρέων reponendum esse censi.

Ἀπεσύπαζον. Phavorinus h. v. origine ejus a τύπτω deducta, ut Etymol. l. c. (τύπος, σύπος, συπάζω) per ἀπεδίωκων explicat, et scholiast. Apollonii Rhod. L. I. v. 1117., hunc ipsum Archilochi locum, ut videtur, respiciens, σύπος, τὸ πρέμνον καὶ ζέλεχος, ἐξ οὗ ἀπεσύπαζον Hinc et Alberti l. c. ad Hesych. pro ἀπεσπούδαζον scribendum censet ἀπεσύπαζον. Ζύλεις ἀπεδίωκων, et doctiss. Schneider in Lex. v. ἀποσυπάζω interpretatur mit dem Brügel wegjagen, fuste abigere, quem et assumpta voce Θυρέων pro Ὀρέων, sequendum esse duxi. Verum paullo aliter hoc ipsum fragmentum citatur ab Etymol. v. Ὀροτύπος p. 136. Οὐρέων ἀπετύπαζον. Sed videtur haec esse varia tantum lectio, et Θυρέων, ut in priori legendum, quod et Ms. Dorvill. (Gaisf.) hoc loco habet.

*) Sic opinor interpungendum et legendum pro σύπος δρυός καλεῖται τὸ πρ. τ. α.

CXVI.

Μετέρχομαι σύμβουλον.

Venio ad consultorem.

Schol. ad Homer. Villoison. Il. ψ v. 199. p. 500. Μετ' ἀγγελος ἦλθ' ἀνέμοισιν · ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ πρὸς ἀνέμους ἦλθεν, ὡς Ἀρχίλοχος· Μετ. σύμβ. *) Verum ut loco, quem Schol. illustrare vult, exemplum respondeat, legendum esset, συμβούλω, ut ἀνέμοισιν apud Homerum, qui et Il. π. v. 487. cum dativo jungit: λείων ἀγέληφι μετελθών· nam cum accusativo hoc verbum construi passim apud poetas obvium est, sic Il. ε. v. 439. ξ. 136. et supra fragm. XXIII. μετέρχομαί σε, σύμβολον ποιευμένη, qui locus cum hoc adeo consentit, ut hic ad eum pertinere videatur, id quod tamen et sensus et usus, ad quem adfertur, vix admittit. Versus initium iambi facit.

CXVII.

Λείως γὰρ οὐδὲν ἐφρόνεον.

Nihil enim omnino sapiebam.

Photius Lexic. p. 159. v. Λεωκόρητος, ἐξωλοθρευτή-
 μένος, τὸ γὰρ λείως ἐστὶ τελείως Ἀρχίλοχος· Λείως (I.
 λείως) γ. οὐ, ἐ. Apollon. Dyscol. δ. Περὶ τῆς ἐκείνου. Αἰ

*) Ms. Townl. testante Heynio : μετέρχομα. ἐς σύμβουλον.

διάλεκτοι ἀφαιροῦσι καὶ πλεονάζουσιν, ἑορτῆ, ὄρτῆ, τε-
λίως, λείως, τρόμος, τέτρομος. κτλ.

CXVIII.

Διῆξ σωλῆνος εἰς ἄγγος — διῆξ τὸ μύρτον.

Per tubulum in vas (effunde.) — Ex myrto.

Schol. A ad Hom. Villois. Il. 2. v. 7. Πολλὸν δὲ
παρῆξ ἄλα φύκος ἔχευαν. Τὸ παρῆξ παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ
δ' οὐ μέρη λόγου ἐσι καὶ ἐγκλίονται αἱ δύο προθέσεις· διὸ
καὶ πολλάκις εὐρίσκεται καὶ εἰς κ λήγουσα ἢ ἐξ. Παρῆξ μέ-
γα τειχίον αὐλῆς (Od. π. 165.) ἐσι δὲ ὅτε τὸ νοητὸν ἐπι-
κρατεῖ τῆς ἐξ προθέσεως, ἔσθ' ὅτε καὶ τῆς παρὰ. Ἀλλὰ
παρῆξ τὴν νῆσσαν ἐλαίνετον (Od. μ. 276.) ὡς ἄρα φωνή-
σαντε παρῆξ ὄδου. Ἐνθάδε οὖν ἠγείται ὁ Ἀσκαλωνίτης πα-
ρέλκειν τὴν παρὰ, ἢ ἢ ἐξ ἄλός· ἄλλοι δὲ τὴν παρὰ κυ-
ρίως κείσθαι, ἵνα γένῃται παρ' ἄλα φύκος, καὶ τὴν ἐξ συν-
τάσσεσθαι πρὸς τὸ ἔχευαν, ὅπερ καὶ βέλτιον· παρ' ἄλα φύ-
κος ἐξέχευαν. Μετὰ γοῦν τῆς διὰ οὕσα ἢ ἐξ οὐ τρέπει τὸ
ξ. Διῆξ σωλ. εἰ. ἄγγ. Hunc locum autem, ut et vocem
in fine additam ex Archilocho petita esse patet ex Etym.
M. v. ἐκ ῥώμης, ubi haec leguntur: ἢ ἐξ πρόθεσις, ὅ-
ταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρεται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. δεῖ δὲ
προσθεῖναι χωρὶς εἰ μὴ εὐρεθῇ μετὰ παρέλκοντος, οἷον ὡς
παρὰ Ἀρχιλόχῳ· Διῆξ σωλ. καὶ πάλιν. διῆξ τ. μ. ἀντὶ τοῦ
δια τὸ μύρτον. Ex observatione igitur Grammaticorum
non solum cum διὰ semper ἐξ servandum esset in com-
positione sed etiam quotiescunque παρέλκει conjunctum
cum alia praepositione ut cum παρὰ. Hom. Od. ξ. 168.
πῖνε καὶ ἄλλα παρῆξ μεμνώμεθα. μ. 276, ut supra; item

v. 443. μέσσω δ' ἐνδοῦπησα παρέξ περιμήκεια δοῦρα. Sed ubi παρέκ adhibitum, πάρελκον non adesset. Od. ε. 166. παρέκ λιμένος τετάνυσαι q. παρὰ λιμένος ἐκτετάνυσαι. Od. π. v. 166. Ἐκ δ' ἦλθεν μεγάροιο παρέκ μέγα τείχιον αὐλῆς q. ἐξῆλθεν ἐξ μεγάροιο παρὰ μ. τ. ἀ. II. ψ. 763. verum nec ipsum δι᾽ ἐξ semper ξ servat Od. τ. 47. δι᾽ ἐκ μεγάροιο βεβήκει, item Od. σ. 384. et υ. 144. Sed jam ipsi veteres Grammatici in hoc diversae erant sententiae, ut schol. A. supra cit. in fine addit: Τυραννίων δὲ (τὸ παρῆξ) ἐν μέρος λόγου ἤκουσεν, ἢ ἢ ἐπίρρημα, ὡς Ἡρωδιανός. Exscripsit Etymologum Phavorinus v. ἐκ ῥώμης, sed in fine aliam observationem addit: "Ἐτι δεῖ προσθεῖναι (nempe ξ in κ non mutari) καὶ χωρὶς εἰ μὴ εὔρεθῆν ἐν τέλει ρείχου, οἷον παρὰ Θεοκρίτῳ (Idyll. 22. v. 30.)

"Ἐνθα μίας πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἐξ. *

Τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ἰασονίης ἀπὸ νηός. Secundum quam observationem igitur ἐξ hic, non ἐκ ut Reiskii editio habet, legendum, ut et Warton T. II. in not. ad Theocrit. ex libris veteribus et cod. Vatic. rescribi jubet. Fragmentum est pars versus iambici. υ - δι᾽ ἐξ σωλῆνος εἰς ἄγγος υ -

CXIX.

Νόμος δὲ Κρητικὸς διδάσκεται.

Sed lex docetur Cretica.

Heraclides de Politis p. 14. ed. Cragii. "Ὅτι δὲ

*) Corrupte in Phavorino δάμνης π. κ. ἀ. ἐξσειχον ἄνδρες ἐβ. Ἰωνίης. ἀ. v.

ἀρχαιοτάτη τῶν πολιτειῶν ἡ Κρητικὴ, ἐμφαίνει (pro ἐμφαίνειν) καὶ Ὅμηρος λέγων τὰς πόλεις αὐτῶν ἐν ναιεταώσας. Καὶ Ἀρχίλοχος δὲ, ἐν οἷς ἐπισκώπτων τινὰ φησιν· Νόμος δ. Κ. δ, ubi Cragius et Gronovius Thesaur. T. V. p. 2824, νόμους δὲ Κρητικούς legi volunt, legibus Creticis instituitur. Rempublicam Cretensium Minos primum constituit et legibus instruxit, ut notum, πρακτικώτατός τε ἅμα νομοθέτης (καὶ) σπουδαῖος γενόμενος, ut idem Heraclid. habet. Cum igitur Archilochus σκώπτων aliqui objiceret, eum legibus Cretensium institui, ironice vel id accipiendum, leges optimas eum non curare et nihili facere, vel etiam ad impuros Cretensium amores respicere credendus est, de quibus idem Heraclid. l. c. ταῖς δὲ πρὸς τοὺς ἄρρενας ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις εἰκόσασιν πρῶτοι κεχρησθῆναι (οἱ Κρηῖτες) καὶ οὐκ αἰσχρὸν παρ' αὐτοῖς τοῦτο. Versus est iambicus senarius, cui primus pes deest, vel trimeter brachycatalectus.

CXX.

Ῥόπτρω ἐρειδόμενον.

Paxillo adfixum vel innixum,

Etymol. v. σκανδάληθρον· τὸ πέταυρον τῶν παγίδων ἀπὸ τοῦ σκαζόμενου συμπέπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσόν· ἔστι δὲ τὸ ἐν τῇ παγίδι καμπύλου ξύλου, ᾧ ἐρείδεται. Ἀρχίλοχος δὲ Ῥόπτρον ἔφη. Ῥοπτ. εἰ. ubi tamen pro Ἀρχίλοχος male Ἀρίσαρχος legitur, ut patet ex scholiast. Aristophan. Ἀχαρν. v. 687. σκανδάληθρα λέγεται τὰ ἐν ταῖς παγίσιν ἐπικαμπῇ ξύλα, εἰς ἃ ἐρείδει, ὅπερ Ἀρχίλοχος λέγει τὸ Ῥόπτρον. Item Suidas v. σκανδάληθρα,

et consentit Ms. Leidens. Valckenar ad Hippol. v. 1172. Δίκης "Ἐπαισευ αὐτὸν ῥόπτρον αἰσχύναντά με, Euripidem putat hanc figuram ab usu Archilochi transtulisse, qui paxillum in muscipula, quo moto irretiuntur aut retinentur animantia, voce ῥόπτρον appellavit. Metrum dactylicum penthemimeres.

CXXI.

Ἄ δέκα ταύρους.

Ah decem tauros!

Suidas. voc. ἄ. σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ καὶ μέγα παρ' Ἀρχιλόχῳ. Ἄ δ. τ. Ἄ nimiram interjectio vel exclamatio est admirantis multitudinem vel magnitudinem rei. Apud Phavorin. legitur ἄ ἕσθ' εἰς τε ταύρους, quod aperte corruptum est, quanquam etiam sic legitur in scholiis ad Platonis Hippiam majorem in Anecd. Graec. Siebenkeesii. Operae pretium fecerit, qui legerit ea, quae Bastius ad Gregor. Corinth. de Dialect. edit. Schaefer p. 245. de hoc loco et varia ejus lectione disputat.

CXXII.

Καρπάθιος τὸν μάρτυρα.

Carpathius testem (adducit).

Hesych. v. Κάρπαθος. Καρπάθιος τὸν μάρτυρα, Καρ-

πάθιος δὲ λαγῶν, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἐπηγάγετο· διὰ γὰρ τὸ μὴ εἶναι λαγωὺς ἐν τῇ χώρᾳ, ἐπηγάγοντο αὐτοί, καὶ τοσοῦτοι ἐγένοντο, ὥςτε καὶ τὸν σίτου αὐτῶν καὶ τὰς ἀμπέλους ὑπ' αὐτῶν βλάπτεσθαι· ὁ γοῦν Ἀρχίλοχος παρὰ ταύτην παροιμίαν ἔφη Καρ. τ. μ. et Phavorin. ex Hesychio. Zenobius autem C. IV. 43. Archilocho alterum proverbium, Καρπάθιος τὸν λαγῶν tribuit, cuius etiam meminit Aristoteles Rhetor. L. III. c. 16. — ἄν τις ἀγαθὸν πεισόμενος αὐτὸ ἐπαγάγηται, εἶτα βλαδῆ, ὡς ὁ Καρπάθιος, φησί, τὸν λαγῶν· ἄμφω γὰρ τὸ εἰρημένον πεπύθησιν. Carpathus vero insula a Co non longe distans, Homero Κράπαθος dicta II. β. v. 676. Hesych. voc. Κράπαθα. Plinius L. IX. 31. Pollux L. V. c. 15.

CXXIII.

Πολλάκις τὰ κατ' ὄβολον μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα, κατὰ Ἀρχίλοχον, εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρουσιν. ὡσπερ γὰρ ἐχίνον λαβεῖν μὲν ῥάδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. Aelian. Var. Histor. L. IV. c. 14. Eadem habet paucis omissis aut mutatis Nicetas in Annal. p. 116. τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ἀντικρὺς ἐπεραίνετο, ὃ φησιν, εἰς ἔντερον πόρνης πολλάκις μεταρρῦίσκεισθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεχθέντα μακρῶ. Unde quoque patet, apud Aelianum pro καταίρουσιν legendum esse καταρρῦέουσιν (μεταρρῦίσκεισθαι) prout etiam Kühnius emendandum putabat. Ἐντερον vero, ut idem observat, κακῆσφατον est, et sensum turpem subjectum habet, et Stoicos pro sua εὐθυρρήμοσύνη τὴν συνουσίαν definire ἐντέρου κατάτριψιν. Ex quibus Aeliani et Nicetae locis iam hi hi prodeunt: Πολλάκις τὰ κατ' ὄβολον

Πολλῶ πόνῳ τε καὶ συναχθέντα χρόνῳ

Μακρῶ καταρρῦεῖ εἰς γυναικὸς ἔντερον

Πόρνης. Meineke C. c. p. 51. in tetrametros redigit:

trochaicos redigit: Ἐς δὲ πόρυς ἔντερον
πολλάκις μεταξρῦίσκει τὰ χρόνω τε καὶ πόνω
Συλλεγίντα.

An similitudo de echino sit Archilochi, adjectane ab
Aeliano, incertum. Ceterum et haec iambum facile ac-
cipiunt. — Ἐχίνον ὡς λαθεῖν γὰρ ράδιου,

ἔχειν δὲ χαλεπὸν ἔστιν, ὡς τὰ χρήματα.

Hunc locum videtur in mente habuisse Alciphron
L. III. ep. 50. p. 390, de adolescente loquens, qui
cum meretrice bona paterna decoquit: "Ἄ γὰρ ἐκεῖνος
κατ' ὀβολὸν συνήγαγον, ἀθρόως ἀναλοῖ τὸ πάλυκοῖνον ταῦ-
το καὶ αἰσχρότατον γύναιον.

CXXIV.

Λέγαι γυναῖκες,

Protervae mulieres.

Etymol. M. v. ἀσελγαίνειν· κυρίως τὸ παρὰ φύσιν
ταῖς γυναῖξι μίγνυσθαι. καταχρηστικῶς δὲ τὸ ὕψωσθήποτε
ἀκολασαίνειν· εἴρηται δὲ ἀπό τινος Ἑλεγείδος γυναικὸς
Ἀττικῆς, πρώτης ταύτην ἀσωτίαν εὐρύουσης. Ἐλεγαίνειν
οὖν ἔστι τὸ ἀσελγαίνειν πλεονασμῶ τοῦ σ μετὰ τοῦ ἐπιτα-
τικῶ α, ἀσελγαίνειν· οὕτως Ἀλκίφρων. Ἐπαφρόδιτος δὲ
παρὰ τὸ λέχος, λεγαίνειν, τὸ λέχος ἐπιθυμεῖν, καὶ κατὰ
τροπὴν λεγαίνειν, ὅθεν Ἀρχίλοχος Λ. γ. De Elegeide
vero vid. ibidem et v. ἐλεγεῖς (l. Ἑλεγεῖς) Herod. IX.
p. 96. Pausan. p. 525. Aelian. L. VIII. c. 5.

Λέγαι. Phavorin. λέχαι· λίγασθαι et καταλέγασθαι
apud Homerum est decumbere Il. ι. 613. ψ. 169, 70.

O. τ. 50, 595, et 598. Ad hanc vocem ejusque vim etiam λέγαι sive λέχαι referendum significans feminas, quae lecti seu concubitus in lecto sunt cupidae, protervae, salaces.

CXXV.

Τὸ δὲ τοῦ Ἀρχιλόχου ἐκεῖνο ἤδη σοι λέγω, ὅτι τέττιγα πτεροῦ εἴληφας· εἶπερ τινα ποιητὴν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρχιλόχον Πάριον τὸ γένος, ἄνδρα κραιιδῆ ἐλευθερον καὶ παρρησία συνοῦτα, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδέζειν, εἰ καὶ ὅτι μάλις αὐτῷ ἐμελλεν τοὺς περιπετεῖς ἐσομένους τῇ χολῇ τῶν ἰάμβων αὐτοῦ. Ἐκεῖνος τοίνυν πρόστινος τῶν τοιούτων ἀκούσας κακῶς τέττιγα, ἔφη, τὸν ἄνδρα εἰληφέναι πτεροῦ εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέττιγι Ἀρχιλόχος, φύσει μὲν λάλω ὄντι καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης, καὶ ὁπόταν αὐτοῦ πτεροῦ ληθῆ, γεγωνότερον βαῶντι. Καὶ σὺ δὲ, ἔφη, ὦ κακὸ δαίμων ἄνθρωπε, τί βουλόμενος ποιητὴν λάλον παροξύνεις ἐπὶ σαυτοῦ, αἰτίας ζητοῦντα καὶ ὑποθέσεις ταῖς ἰάμβοις. Lucian. Pseudol. Γ. III. p. 163. §. 1. Cum Lucianus haec ex memoria et ad propositum suum immutata protulerit, metri genus etiam, ad quod pertinuerit, indicari non potest; verisimile tamen est ex trimetris fuisse.

CXXVI.

Περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχιλόχος ὁ Πάριος ποιητὴς, ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίουτος εἰς τὰ συμπόσια Μυκωνίων δίκην. Athenaeus L. I. p. 7. F. Periclem quendam, testante quoque Aristide (comment. §. XV. not. q.) carminibus suis insectatus est, et, ut ex hoc loco patet, etiam ob ejus edacitatem et parasiticum vivendi genus. Utrum hic sit idem Pericles, ad

quem elegia (fragm. LV.) scripta est, an haec referenda sint ad fragm. I. trimetrorum quo hominem taxat eodem vitio gulae laborantem, certo statui non potest. Nam id fragm. I. ad Charilaum quoque spectare potuit, cujus idem vitium poeta in tetrametris reprehendisse scribitur ab Athenaeo L. X. 415. vid. fragm. LIV. in not. Prius tamen probabilius. Aelian L. IV. c. 23. Var. H. mentionem quoque facit Periclis cujusdam, qui prodigalitate et vita voluptaria ad incitas redactus, cicuta hausta, vitam finiit.

Μυκωνίων δίκη. Casaubon. rectius per ο Μυκόνιος scribendum censet (licet etiam apud Suidam et Zenobium per ω scriptum occurrat) nimirum a Μύκονος quae maris Aegaei insula est, una Cycladum, cujus incolae, quia sterilem insulam habitabant et inopes erant, ob parcitatem et avaritiam male audiebant, ita ut tandem parci et avari Myconii vocarentur. Hesych. Μυκόνιον· οἱ Μυκόνιοι διεβεβόηοντο ἐπὶ γλισχρότητι· γλισχροῦ οὖν λέγει· ubi vid. interpr. Cratinus in Athenae. L. I. p. 8. A. Πῶς ἂν Ἴσχομόχου γεγωνῶς Μυκωνίου φιλόδωρος ἂν εἴη; Quare mirum non est, si ultro se conviviis intruderent, et hoc genus invocati etiam Μυκῶμοι dicerentur, ut hic de Pericle dicitur. Sic et publicae meretrices, quae invocatae conviviis adesse solebant, Μυκῶμοι vel Μυκόνιοι vocabantur. Casaub. in Athenae. p. 377. Unde tandem Μυκῶμοι γείτων in proverbium abiit, quod forte ab Archilocho originem habuit. vid. Suidam v. Μυκῶμοι γείτων. Zenob. 120.

CXXVI.

Ἄριστοτελης δὲ, φασὶ, κέρα ἀγλαὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ αἰδοῖω σεμνυόμενον, ἐπὶ τοιοῦτου σημαινομένου τὴν λέξιν ἐκεῖνος νοήσας· καὶ ἔοικεν ὁ σκορπιώδης τὴν γλῶσσαν

Ἄρχιλοχος, Ἀπαλὸν κέρας τὸ αἰδοῖον εἰπὼν ἐντεῦθεν τὴν λέξιν πορίσασθαι.

Eustath. II. λ. p. 385. et T. II. p. 88. Haec exscripsit Phavorin. v. κέρα ἀγλαέ. Etymol. M. v. κόρσιφος — οἱ δὲ κέρας λέγουσι τὸ αἰδοῖον, καὶ κέρουφον, τὸν τὸ αἰδοῖον ἔχοντα λέγουσιν ὑφειμένου καὶ μαλακόν. Hesych. v. κέρας. Hoc sensu nequiori utitur Meleager in Ep. 5. v. 6. Anal. T. I. Homericum vero illud κέρα ἀγλαέ scholia de comis vel de sagittandi peritia intelligunt. Cf. Heyn. Obs. Tom. VI, p. 187, et fragm. LIII. κερροπλάσης.

CXXVIII.

Πυρρίχιζεν * τὴν ἐνοπλίαν ὄρχησιν καὶ σύντονου πυρρίχην ἔλεγον οἱ μὲν ἀπὸ Πυρρίχου τοῦ Κρητός, οἱ δὲ ἀπὸ Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως. Ἐφησθέντα γὰρ τῷ Εὐρυπύλου φόνῳ (pro τῶν — φόνων) ὄρχήσασθαι φησιν Ἀρχιλοχος. Hesych. v. πυρρίχιζεν.

Eurypylus, Telephi Filius, a Neoptolemo sive Pyrrho ad Trojam occisus est (Od. λ. v. 518.) cujus caede laetatum pyrrhichen saltasse Archilochus in carmine quodum cecinit. Vultus Eurypylī expressus est Thesaur. Antiquit. Graec. Gronovii T. I. Iiii. De pyrrhichia saltatione agit Bartolinus in Auctar. c. XI. Vid. Athenae. L. XIV, 630 seq. Stobaeus Serm. LXII. p. 292.

CXXIX.

Ἀηδόνος νεοσσός * καὶ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Hesych. Ex emendatione Alberti et Vossii sine interpunctione inter primas duas voces, conjunctim legendas, ut et Phavorinus habet. Sed interpunctio vix abesse potest, quia mox καὶ non praecedente alia

